



## Early Journal Content on JSTOR, Free to Anyone in the World

This article is one of nearly 500,000 scholarly works digitized and made freely available to everyone in the world by JSTOR.

Known as the Early Journal Content, this set of works include research articles, news, letters, and other writings published in more than 200 of the oldest leading academic journals. The works date from the mid-seventeenth to the early twentieth centuries.

We encourage people to read and share the Early Journal Content openly and to tell others that this resource exists. People may post this content online or redistribute in any way for non-commercial purposes.

Read more about Early Journal Content at <http://about.jstor.org/participate-jstor/individuals/early-journal-content>.

JSTOR is a digital library of academic journals, books, and primary source objects. JSTOR helps people discover, use, and build upon a wide range of content through a powerful research and teaching platform, and preserves this content for future generations. JSTOR is part of ITHAKA, a not-for-profit organization that also includes Ithaka S+R and Portico. For more information about JSTOR, please contact [support@jstor.org](mailto:support@jstor.org).

## ARTICLE VIII.

*Synopsis Fungorum in America Boreali media degentium. Secundum observationes Ludovici Davidis de Schweinitz. Communicated to the American Philosophical Society, Philadelphia, 15 April 1831.*

## PRAEMONENDA.

POSTQUAM celeberrimus Schwaegrichen in Commentariis Societatis Naturae Curiosorum Lipsiensis, Synopsis meam Fungorum Carolinae superioris ante annum 1818 collectorum benevole curavit in lucem prodire; ad annum 1821 assidue consecutus sum eandem viam, perscrutans nempe fungos Carolinae superioris. Sub finem autem anni jam dicti, in paterna mea domicilia Bethlehem, Northampton County, Pennsylvaniae demum redux, ad hunc diem usque, etiam Pennsylvaniae thesauros mycologicos, indefessus colligere, describere et determinare conatus sum.

Botanophili Americani plurimi jam mihi propinquiores, quam degenti olim apud occidentales Carolinenses, penitus toto ab orbe divisos, summa benevolentia et summo studio, quos ipsi invenerant aut quos illis aliunde missi sunt communicaverunt, prae ceteris amicissimus doctissimusque D. John Torrey, Noveboracensis Universitatis Professor. Interim etiam datum fuit, quod ante annum 1818 mihi non contigerat, Systemata Neesii, Linkii, denique Friesii acutissima, maxima cum voluptate et summo fructu in succum et sanguinem vertere et certior fieri, viam ad vera naturae mysteria in operibus illorum indicatam esse.

Dilectissimum mihi fuit, admirare transatlanticas observationes illorum illustrium virorum tam mire coincidentes observationibus meis cisatlanticis—et systemata, quae summum horum Coryphaeorum scientiae acumen, vix tamen nisi Europaeos fungos rite cognoscentium eruerat, fere in quoque essentiali momento, corroborata, probata et stabilita, ex omni facto quod mihi in mycologia Americana innotuerat. Numerus interea specierum a me nuperrime in Pennsylvania inventarum adeo creverat, quanquam feracissimas regiones fungorum, sylvas nempe ingentes versus septentrionem tam fagineas quam pineas, vix semel aut bis, et tum, sicut pede volante, mihi datum fuit explorare, ut non dubitandum me gratum botanophilis opus ac utile scientiae in lucem edere conspectus omnium hucusque mihi cognitorum publicando. Est quod in libello sequenti mihi proposui, eandem methodum adoptans, quam in Synopsi Fungorum Carolinae, et jam prius in conspectu fungorum Lusatiae superioris consecutus sum, i. e. breviter allegatos invenies jam prius descriptos, fusius autem ac diagnosi addita, quos novos dixi et nominavi. Nemo enim adire potest Mycologiae studium, expers operum Friesii, Linkii et ceterorum Coryphaeorum; igitur non operae pretium sit, quae ab iis jam tractata semper ad nauseam usque repetere. Sunt autem inter Americanos fungos fere omnia genera Neesii, Linkii, Friesii, Kunzii, mihi obvia, identidem ut apud illos descripta; et revera paucae sunt species, nisi parasiticae in matrice omnino Americanis carente, quae non cives aequae ac Europae etiam nostrates; quod testimonium semper censui, nil absurdius esse sententia eorum, qui naturam in mycis mere pro lubitu formis fortuitis, inconstantibus nobis illudere credunt.

Ceterum procul fuit novum systema condere, aut innovare in conditum. Nihil in animo est quam observata ac facta in usum communicare Procerum gentis mycologicae. Nihil aliud invenies in hoc libello. In primis classibus, a Hymenomycetibus, per Pyrenomycetes, ad majorem partem Gasteromycetum, clarissimi Friesii opera, species complectentia, nobis duces fuerunt. Cetera ex classe Gasteromycetum, ob defectum tertii Tomi Mycologiae Friesii, coactus fui ex Persoonii et Sprengelii operibus supplere. Quoad Hyphomycetes et Gymnomycetes, denique Linkii optimus, in continuata Willdenovii editione specierum plantarum, in promptu fuit.

Necesse vix est, plura verba addere; in mentem autem revocari

optimum, regiones Carolinae ac Pennsylvaniae a me accuratius per-  
scrutatas (pauci tantum sunt fungi aliunde mihi communicati) vastiss-  
imis Reipublicae ceteris regionibus, comparatas, de quibus mycologiae  
nihil noscitur, tam minimam partem constituere, ut nullimodo libello  
nostro titulum Synopseos Fungorum Americanorum, sensu generaliori  
vindicare velim, sed solummodo secundum meas observationes. Nam  
innumeri adhuc latent, praesertim incolae, in borealibus, istarum  
ingentium sylvarum ex Fago ferruginea, et ex Pino Canadensi forma-  
tarum; et in partibus australioribus et maritimis Carolinae ac Georgiae,  
fere omnes, qui, sine dubio, incolunt interminabiles sylvas ex Pino  
palustri et Cupresso disticha constitutas, decus et crux (ob lethalia eorum  
miasmata) patriae; ut taceam molem fungorum, qui parasitice addicti  
sunt, arboribus et plantis, indigenis solummodo regionibus mihi ignotis.

Finaliter superest systematis conspectum paucis verbis, ut in nostro  
libello exponitur, adducere.

## FUNGI

Plantae sunt homonematae, velatae, per basin nutritae, organis simul  
explicatis, receptaculis in fructum abientibus.

### A. ASCOMYCETES.

Gerentes Sporidia *ascis* inclusa, nempe

Class. I. *Hymenomyces*,  
in receptaculo aperto.

Class. II. *Pyrenomyces*,  
intra perithecia.

### B. SPOROMYCETES.

Gerentes Sporidia libera non in ascis.

Class. III. *Gasteromyces*.  
Sporidia libera intra peridio.

*Coniomyces* Friesii.  
Sporidia absque peridio.

Class. IV. *Hyphomyces*.

Sporidia thallo immediate imposita.

Class. V. *Gymnomyces*.

Sporidia sporidochio imposita.

#### CLASSIS I. HYMENOMYCETES.

- Ord. 1. *Pileati*. Hymenio infero.
- Ord. 2. *Elvellacei*. Hymenio supero.
- Ord. 3. *Clavati*. Hymenio amphigeno.
- Ord. 4. *Tremellini*. Hymenio confuso.

#### CLASSIS II. PYRENOMYCETES.

- Ord. 1. *Sphaeriacei*. Perithecio ascigero, ostiolato.
- Ord. 2. *Phacidiaei*. Perithecio ascigero rumpente.
- Ord. 3. *Cytispori*. Perithecio sporidifero, ostiolato.
- Ord. 4. *Xylomacei*. Perithecio sporidifero rumpente.

## CLASSIS III. GASTEROMYCETES.

- Ord. 1. *Angiogastres*. Sporidia inclusa in receptaculo a peridio discreto.  
 Ord. 2. *Trichospermi*. Sporidia nuda, floccis inspersis a peridio discrentis.  
 Ord. 3. *Trichodermacei*. Sporidia nuda, floccis tecta peridium sistentibus.  
 Ord. 4. *Sclerotiacei*. Sporidia immersa in receptaculo, peridium constituyente.

## CLASSIS IV. HYPHOMYCETES.

- Ord. 1. *Trichomyci*. Floccis sporidiferis decumbentibus sporidiis inspersis.  
 Ord. 2. *Byssacei*. Floccis sporidiferis erectis sporidiis tandem inspersis.  
 Ord. 3. *Mucedines*. Floccis sporidiferis erectis sporidiis in sporisoriis accumulatis.  
 Ord. 4. *Acremonii*. Sporidiis floccis innatis aut adnatis.  
 Ord. 5. *Mucorini*. *Sporangia* floccis innata aut adnata.  
 Ord. 6. *Bysssei*. Floccis totis ex articulatis sporidiis.  
 Appendix. 7. Plus minus aspori.

## CLASSIS V. GYMNOMYCETES.

- Ord. 1. *Entophyta*. Sporidochio spurio, thallo nullo.  
 Ord. 2. *Tubercularini*. Sporidochio vero, sporidiis instratis seu inspersis.  
 Ord. 3. *Sporodermei*. Sporidochio vero, sporidiis innatis.

## Desunt nobis sequentia genera ex quaque classe:

- |   |                                |
|---|--------------------------------|
| I. <i>Ex Hymenomycetibus.</i>               |                                |
| <i>Xerotes</i> , F. Africa.                 | <i>Diploderma</i> . Europ.     |
| * <i>Nyctalis</i> , F. Europ.               | <i>Cirrhulus</i> , F. Bras.    |
| II. <i>Ex Pyrenomycetibus.</i>              | <i>Amphisporium</i> . Europ.   |
| <i>Hypoopila</i> , F. Tropicis regionibus.  | <i>Myliota</i> . Europ.        |
| <i>Corynelia</i> , F. Tropicis regionibus.  | * <i>Podosphaeria</i> . Europ. |
| * <i>Strigula</i> , F. Tropicis regionibus. | * <i>Lasiobotrys</i> . Europ.  |
| * <i>Meliola</i> , F. Tropicis regionibus.  | IV. <i>Ex Hyphomycetibus.</i>  |
| * <i>Stegia</i> , F. Europ.                 | <i>Diplosporium</i> . Lk.      |
| * <i>Sphinctrina</i> , F. Europ.            | * <i>Phycomyces</i> .          |
| III. <i>Ex Gasteromycetibus.</i>            | <i>Thelactis</i> .             |
| <i>Baltarea</i> . Europ.                    | <i>Didymocrata</i> .           |
| <i>Lysurus</i> . Trop.                      | <i>Diamphora</i> .             |
| <i>Ascroe</i> . Trop.                       | * <i>Antenaria</i> .           |
| <i>Polygaster</i> . Trop.                   | * <i>Amphitrichum</i> .        |
| <i>Endogone</i> . Europ.                    | V. <i>Ex Gymnomycetibus.</i>   |
| * <i>Polysaccum</i> . Europ.                | * <i>Epichysium</i> .          |
|   | * <i>Phragmotrichum</i> .      |

*Nota.*—Quae asterisco notata mihi nota et in Herbario.

## Nova genera perpauca sunt nostra, nempe

- |   |  |
|---|--|
| 1. <i>Dryophilum</i> . Gasteromycetum.    | 5. <i>Sphaerosporium</i> . Gymnomycetum. |
| 2. <i>Podosporium</i> . Hyphomycetum.     | 6. <i>Botryosporium</i> . Gymnomycetum.  |
| 3. <i>Ceratosporium</i> . Gymnomycetum.   | 7. <i>Lichenopsis</i> . Gymnomycetum.    |
| 4. <i>Clasterisporium</i> . Gymnomycetum. |  |

Species ceterum Synopsi sequente quae asterisco praefixo notatae sunt indicant quae non in synopsi Caroliniani jam recitatae. Quibus signum L. v. S. additur, aut in priori opere aut in praesenti jam primum a me descriptae aut nominatae sunt.

## CLASSIS PRIMA. HYMENOMYCETES.

## ORDO I. PILEATI.

## SUBORDO I. AGARICINI.

## Genus 1. AGARICUS.

*Nota.*—In hoc genere omnino secutus sum Friesii dispositionem in *Systemate Mycologico*, Vol. I., neglectis novis ejusdem operibus, quia nuperrime Agaricorum vix ullo auctus est numerus jam in *Synopsi Fungorum Carolinae superioris* recensitus. In Pennsylvania nempe, quanquam plurimi Agarici jam in Carolina inventi iterum obvii; novi paucissimi a me additi sunt, non defectu specierum in sylvis nostris, sed quia tam occupatus fui, examinatione specierum fungorum preservabiliorum ceterorum, ut, hucusque, tempus mihi omnino deficiebat has species rite et caute denuo examinandi. Ab amicis autem e longinquo Agaricos, tam evanidos, mihi communicari, vix erat expectandum. Equidem nunc igitur Agaricos ne nomine tantum recensere, in animo fuit—sed quia in *Synopsi Carol.* tantum methodo Persooniano nominati sunt—melius putavi, hac secundum Friesii dispositionem eos repetere, citatis locis Friesii et Synopseos Carolinae. Excluis Agaricis, autem, totam Mycologiam maxime auctam his regionibus per novem annos assidue excolui.

*a Leucospori.*

## SUBGEN. 1. AMANITA.

1. 1. A. A. *phalloides*, Fr. Syst. p. 13, Syn. Car. 6, 7, 8, num. var. *a bulbosa*, *β citrina*, *γ viridis*, omnes etiam Pennsylv.
2. 2. A. A. *vaginat*us, F. 14, Syn. Car. 1 and 2 num. (livida et spadicea) et. Pennsylvania.
3. 3. A. A. *caesareus*, F. 15, Syn. Car. 9 and 10 (caesa. et aurantiaca).
4. 4. A. A. *muscarius*, F. 16, Syn. Car. 11, rar. Pennsylv.
5. 5. A. A. *pantherinus*, F. 17, Syn. Car. 12, (umbrinus) et. Pennsylv.
6. 6. A. A. *farinosus*, L. v. S. Syn. Car. 16, solummodo Carolin.
- \*7. 7. A. A. *excelsus*, F. 17, passim in sylvis Carolinae, non in Synops. (amplius Pers.)
8. 8. A. A. *rubescens*, F. 18, Syn. Car. 13, et. Pennsylv.
9. 9. A. A. *virescens*, F. p. 19, Syn. Car. 14.
10. 10. A. A. *asper*, F. 18, Syn. Car. 15.
11. 11. A. A. *pubescens*, L. v. S. Syn. Car. 17.

## SUBGEN. 2. LEPIOTA.

12. 12. A. L. *procerus*, F. p. 20, Syn. Car. 555, et Pennsylv.
13. 13. A. L. *clypeolarius*, F. p. 20, Syn. Car. 556 et 558, colubrinus et felinus,—etiam Pennsylv.
14. 14. A. L. *cristatus*, F. p. 22, Syn. Car. 557, et. Pennsylv.
15. 15. A. L. *delicatus*, F. p. 23, Syn. Car. 559 (mesomorphus).
16. 16. A. L. *granulosus*, F. p. 24, Syn. Car. 560, et carcharias.

## SUBGEN. 3. ARMILLARIA.

17. 17. A. A. *robustus*, F. p. 26, Syn. Car. 561.
18. 18. A. A. *bulbiger*, F. p. 27, Syn. Car. 568.
19. 19. A. A. *mucidus*, F. p. 28, Syn. Car. 562, et. Pennsylv.
20. 20. A. A. *melleus*, F. p. 33, Syn. Car. 566 (polymyces).

## SUBGEN. 4. LIMACIUM.

21. 21. A. L. *chrysodon*, F. p. 32, Syn. Car. 662.  
 22. 22. A. L. *erubescens*, F. p. 32, Syn. Car. 663.  
 23. 23. A. L. *eburneus*, F. p. 33, Syn. Car. 660.  
 24. 24. A. L. *discoideus*, F. p. 33, Syn. Car. 661.  
 25. 25. A. L. *purpurascens*, F. p. 34, Syn. Car. 664.  
 \*26. 26. A. L. *tephroleucus*, F. p. 34, Salem, in sylv. pin.

## SUBGEN. 5. TRICHOLOMA.

27. 27. A. T. *fulvus*, F. p. 37, Syn. Car. 607 (trichopus).  
 28. 28. A. T. *ustalis*, F. p. 37, Syn. Car. 608 (leucophyllus).  
 29. 29. A. T. *luridus*, F. p. 40, Syn. Car. 621, et. Pennsylv.  
 \*30. 30. A. T. *aurantius*, F. p. 39, Erie County, Pennsylv.  
 31. 31. A. T. *luteovirens*, F. p. 41, Syn. Car. 622, et. Pennsylv.  
 32. 32. A. T. *flavovirens*, F. p. 41, Syn. Car. 619, et. Pennsylv.  
 33. 33. A. T. *vaccinus*, F. p. 42, Syn. Car. 591.  
 34. 34. A. T. *myomyces*, F. p. 44, Syn. Car. 646, et. Pennsylv.  
 35. 35. A. T. *columbella*, F. p. 44, Syn. Car. 659 (albus).  
 36. 36. A. T. *maculatus*, F. p. 45, Syn. Car. 669, et. Pennsylv.  
 37. 37. A. T. *sejunctus*, F. p. 47, Syn. Car. 620 (leucoxanthus).  
 38. 38. A. T. *personatus*, F. p. 50, Syn. Car. 576 (bicolor).  
 39. 39. A. T. *humilis*, F. p. 51, Syn. Car. 656, et. Pennsylv.  
 40. 40. A. T. *nudus*, F. p. 52, Syn. Car. 573, et. Pennsylv.

## SUBGEN. 6. RUSSULA.

41. 41. A. R. *alutaceus*, F. p. 55, Syn. Car. 759, 762, 753, varietates *alutaceus*, *olivascens*, *ochraceus* omnes etiam Pennsylvania occurrunt.  
 42. 42. A. R. *luteus*, F. p. 55, Syn. Car. 752, et. Pennsylv.  
 43. 43. A. R. *nitidus*, F. p. 55, Syn. Car. 756 et 759, nitidus et nauseosus,—et. Pennsylv.  
 44. 44. A. R. *emeticus*, F. p. 56, Syn. Car. 747, cynoxanthus 757, chrooleucus 754, omnes Pennsylv.  
 45. 45. A. R. *fragilis*, F. p. 57, Syn. Car. 749 fragilis, et 744 niveus.  
 46. 46. A. R. *depallens*, F. p. 58, Syn. Car. 748, et. Pennsylv.  
 47. 47. A. R. *ruber*, F. p. 58, Syn. Car. 746, rosaceus, et. Pennsylv.  
 48. 48. A. R. *foetens*, F. 59, Syn. Car. 755, et. Pennsylv.  
 49. 49. A. R. *furcatus*, F. 59, Syn. Car. 766 (*lacteus* 745, *virescens* 761, *lividus* 758), om. et. Pennsylv.  
 50. 50. A. R. *aureus*, Pers. Synop. Syn. Car. 751.  
 51. 51. A. R. *adustus*, F. 60, Syn. Car. 780, omph. *adusta*, etiam Pennsylvania.

## SUBGEN. 7. GALORRHEUS.

52. 52. A. G. *torminosus*, F. p. 63, Syn. Car. 733.  
 53. 53. A. G. *necator*, F. p. 64, Syn. Car. 741.  
 54. 54. A. G. *acris*, F. p. 65, Syn. Car. 742.  
 55. 55. A. G. *pallidus*, F. p. 67, Syn. Car. 735.  
 56. 56. A. G. *deliciosus*, F. p. 67, Syn. Car. 737, et. Pennsylv.  
 57. 57. A. G. *volemus*, F. 69, Syn. Car. 736, *testaceus*.  
 58. 58. A. G. *subdulcis*, F. 70, Syn. Car. 739.  
 59. 59. A. G. *helvus*, F. 72, Syn. Car. 738 (ruber).  
 60. 60. A. G. *flexuosus*, F. 74, Syn. Car. 734.  
 61. 61. A. G. *pipperatus*, F. 76, Syn. Car. 732, etiam frequens Pennsylv.  
 62. 62. A. G. INDIGO, L. v. S., Syn. Car. 743, valde frequens est sylvis Pennsylvaniae, interdum maximus.  
 \*63. 63. A. G. *theiogalus*, F. n. rarius, Pocono in sylvis montosis Pennsylv.

## SUBGEN. 8. CLITOCYBE.

64. 64. A. C. *ILLUDENS*, L. v. S., Syn. Car. 604. Insignis hic fungus vulgatissimus ineunte autumnosylvis Pennsylv.
65. 65. A. C. *giganteus*, F. 80, Syn. Car. 772 (Omph. maxima).
66. 66. A. C. *gilvus*, F. 81, Syn. Car. 764, (Omph.) et. Pennsylv.
67. 67. A. C. *gibbus*, F. 81, Syn. Car. 765.
68. 68. A. C. *phyllophilus*, F. 83, Syn. Car. 776.
69. 69. A. C. *clavipes*, F. 86, Syn. Car. 652.
70. 70. A. C. *nebularis*, F. 86, Syn. Car. 650, et. Pennsylv.
71. 71. A. C. *fumosus*, F. 88, Syn. Car. 648, et. Pennsylv.
72. 72. A. C. *viridis*, F. 90, Syn. Car. 627.
73. 73. A. C. *odorus*, F. 90, Syn. Car. 626.
74. 74. A. C. *candicans*, F. 91, Syn. Car. 774.
75. 75. A. C. *cretaceus*, F. 95, Syn. Car. 667.
- \*76. 76. A. C. *cerinus*, F. 89, rarius circum Bethlehem.
77. 77. A. C. *pratensis*, F. 99, Syn. Car. 605.
78. 78. A. C. *psittacinus*, F. 102, Syn. Car. 636.
79. 79. A. C. *laetus*, F. 102, Syn. Car. 634.
- \*80. 80. A. C. *ceraceus*, F. 102, Syn. Car. non sed postea Salem inventus.
81. 81. A. C. *conicus*, F. 103, Syn. Car. 635, et. Pennsylv.
82. 82. A. C. *coccineus*, F. 105, Syn. Car. 633.
83. 83. A. C. *laccatus*, F. 107, Syn. Car. 770, (O. farinacea) freq. etiam Pennsylv.
84. 84. A. C. *amethystus*, var.  $\beta$ , mihi spec. distinct. Syn. Car. 786.
85. 85. A. C. *bellus*, F. 107, Syn. Car. 767 (Omphal.).
86. 86. A. C. *sulphureus*, F. 110, Syn. Car. 625.
- \*87. 87. A. C. *mélaleucus*, F. 114, Salem inventus, non in Synop.
88. 88. A. C. *platyphyllus*, F. 117, Syn. Car. 657.
89. 89. A. C. *cuneifolius*, F. 116, Syn. Car. 649 (atrocinerus).
90. 90. A. C. *radicatus*, F. 118, Syn. Car. 612, freq. et. Pennsylv.
91. 91. A. C. *velutipes*, F. 119, Syn. Car. 613, et Pennsylv.
- \*92. 92. A. C. *TENUIPES*, L. v. S., inter folia putrescentia Bethlehem. Affinis A. *velutipedi*, sed differt contextu pilei.
- A. Pileo ferrugineo-spadiceo, tenui (1—unciali diametro), submembranaceo nec carnoso, margine substriato. Lamellis latiusculis pallidis. Stipite, apice lamellis concolore, longissimo, 6—12 unciali, radicato, deorsum subattenuato, crassitie pennae corvinae, velutino et, ut *velutipes*, hirsutiae tecto, substriato et versus basin flexuoso. Pilei centrum depressum et subumbonatum evadit. Solitarie crescit.
93. 93. A. C. *butyraceus*, F. 121, Syn. Car. 608 (trichopus).
94. 94. A. C. *asimus*, F. 121, Syn. Car. 658.
95. 95. A. C. *confluens*, F. 123, Syn. Car. 666 (rufocinnamom.).
96. 96. A. C. *dryophilus*, F. 124, Syn. Car. 669 (omphal.).
97. 97. A. C. *oreades*, F. 127, Syn. Car. 652, (collinus) et. Pennsylv.

## SUBGEN. 9. COLLYBIA.

98. 98. A. C. *scorodonius*, F. 130, Syn. Car. 671 (alliatus).
99. 99. A. C. *calopus*, F. 130, Syn. Car. 672.
100. 100. A. C. *siccus*, L. v. S., Syn. Car. 677, (mycena) et. Pennsylv.
101. 101. A. C. *NIGRIPES*, L. v. S., Syn. Car. 678, (myc.) et. Pennsylv.
102. 102. A. C. *esculentus*, F. 131, Syn. Car. 693, et. Pennsylv.
103. 103. A. C. *tenacellus*, F. 131, Syn. Car. 692.
104. 104. A. C. *tuberosus*, F. 133, Syn. Car. 674, et. Pennsylv.
105. 105. A. C. *ramealis*, F. 135, Syn. Car. 675, et. Pennsylv.
106. 106. A. C. *rotula*, F. 136, Syn. Car. 787, freq. Pennsylv.
107. 107. A. C. *androsacea*, F. 137, Syn. Car. 788, freq. et. Pennsylv.
- \*108. 108. A. C. *stipitarius*, F. 138, ramulis dejectis et defossis, subgregarie increscit Bethlehem.



- \*109. 109. *A. C. perforans*, F. 138, Salem et Bethlehem.  
 110. 110. *A. C. epiphyllus*, F. 139, Syn. Car. 789, et Pennsylv.

## SUBGEN. 10. MYCENA.

111. 111. *A. M. alliaceus*, F. 140, Syn. Car. 676, et. Pennsylv.  
 112. 112. *A. M. amictus*, F. 141, Syn. Car. 681 (atroalbus).  
 \*113. 113. *A. M. filopes*, F. 142, Bethlehem, (pilosus Pers.)  
 114. 114. *A. M. alcalinus*, F. 142, Syn. Car. 684, (leptocephalus).  
 115. 115. *A. M. galericulatus*, F. 143, Syn. Car. 679, et. Pennsylv.  
 116. 116. *A. M. polygrammus*, F. 146, Syn. Car. 680.  
 117. 117. *A. M. galopus*, F. 148, Syn. Car. 682.  
 118. 118. *A. M. haematopus*, F. 149, Syn. Car. 683.  
 119. 119. *A. M. elegans*, F. 149, Syn. Car. 695.  
 120. 120. *A. M. purus*, F. 151, Syn. Car. 639.  
 121. 121. *A. M. adonis*, F. 152, Syn. Car. 696.  
 122. 122. *A. M. lineatus*, F. 152, Syn. Car. 687.  
 123. 123. *A. M. lacteus*, F. 152, Syn. Car. 698, et. Pennsylv.  
 124. 124. *A. M. stylobates*, F. 153, Syn. Car. 694.  
 125. 125. *A. M. epipterygius*, F. 155, Syn. Car. 686, et. Pennsylv.  
 126. 126. *A. M. citrinellus*, F. 155, Syn. Car. 688, et. Pennsylv.  
 127. 127. *A. M. vulgaris*, F. 156, Syn. Car. 699, et. Pennsylv.  
 128. 128. *A. M. setisedus*, L. v. S., Syn. Car. 779 (Omphal.).  
 129. 129. *A. M. corticola*, F. 159, Syn. Car. 700, et. Pennsylv.  
 130. 130. *A. M. integrellus*, F. 161, Syn. Car. 697, et Pennsylv.

## SUBGEN. 11. OMPHALIA.

131. 131. *A. O. fibula*, F. 165, Syn. Car. 792, et. Pennsylv.  
 132. 132. *A. O. ericetorum*, F. 165, Syn. Car. 793, et. Pennsylv.  
 133. 133. *A. O. campanella*, F. 166, Syn. Car. 790, et. Pennsylv.  
 134. 134. *A. O. muscorum*, F. 167, Syn. Car. 791, et. Pennsylv.  
 135. 135. *A. O. chrysoleucus*, F. 167, Syn. Car. 775.  
 136. 136. *A. O. atratus*, F. 168, Syn. Car. 785 (nigrella).  
 137. 137. *A. O. epichysium*, F. 169, Syn. Car. 784, et. Pennsylv.  
 138. 138. *A. O. fragrans*, F. 171, Syn. Car. 771.  
 139. 139. *A. O. expallens*, F. 172, Syn. Car. 783.  
 140. 140. *A. O. cyathiformis*, F. 173, Syn. Car. 782 (tardus).

## SUBGEN. 12. PLEUROTUS.

141. 141. *A. P. dryinus*, F. 180, Syn. Car. 803, freq. Pennsylv.  
 142. 142. *A. P. glandulosus*, F. 182, Syn. Car. 801, et. Pennsylv.  
 143. 143. *A. P. astreatus*, F. 182, Syn. Car. 802, et. Bethlehem.  
 144. 144. *A. P. salignus*, F. 183, Syn. Car. 803, et. Bethlehem.  
 145. 145. *A. P. conchatus*, F. 181, Syn. Car. 797. Vide Suppl. Friesii, Elenchus, p. 23. Freq. etiam Bethlehem. Huc etiam *A. inconstans*, F. 181, n. 5.  
 146. 146. *A. P. tubaeformis*, L. v. S., Syn. Car. 799.  
 147. 147. *A. P. petaloides*, F. 183, Syn. Car. 807 (spathulatus).  
 \*148. 148. *A. P. lamellirugus*, F. 184, Bethlehem.  
 149. 149. *A. P. ulmarius*, F. 186, Syn. Car. 795, Bethlehem.  
 150. 150. *A. P. tessellatus*, F. 186, Syn. Car. 796.  
 151. 151. *A. P. serotinus*, F. 187, Syn. Car. 905, Bethl. freq.  
 152. 152. *A. P. stypticus*, F. 188, Syn. Car. 811, et. Beth.  
 153. 153. *A. P. nidulans*, F. 189, Syn. Car. 812, et. Beth.  
 \*154. 154. *A. P. algidus*, F. 190, Bethlehem in betulis.  
 155. 155. *A. P. pectinatus*, L. v. S., F. Suppl. Elench. p. 24, Syn. Car. 814, etiam Beth.

- \*156. 156. A. *P. tremulus*, F. 191, Bethlehem.  
 157. 157. A. *P. rigens*,  $\beta$  *tenuissimus*, Syn. Car. 813, Suppl. Elench. F. p. 26, T.  
 \*158. 158. A. *P. farinaceus*, F. 188, Beth.  
 159. 159. A. *P. applicatus*, F. 192, Syn. Car. 816, epigaeus.  
 160. 160. A. *P. striatulus*, F. 193, Syn. Car. 818, Beth.  
 \*161. 161. A. *P. LAMELLOSUS*, L. v. S., passim ad ligna et cortices, Beth.  
 A.  
 162. 162. A. *P. NIGER*, L. v. S., Syn. Car. 817, F. Suppl. Elench. 26.

 $\beta$  Ser. *Hyporhodii*.

## SUBGEN. 13. MOUCERON.

163. 163. A. *M. prunulus*, F. 193, Syn. Car. 777, et. Beth.

## SUBGEN. 14. CLITOPILUS.

164. 164. A. *C. adstringens*, F. 195, Syn. Car. 651.  
 165. 165. A. *C. sericellus*, F. 196, Syn. Car. 665.  
 166. 166. A. *C. fertilis*, F. 197, Syn. Car. 631.  
 167. 167. A. *C. leoninus*, F. 199, Syn. Car. 638.  
 168. 168. A. *C. pluteus*, F. 199, Syn. Car. 654, et. Beth.  
 169. 169. A. *C. nanus*, F. 200, Syn. Car. 655.

## SUBGEN. 15. LEPTONIA, ET 16. NOLANEA.

170. 170. A. *L. chalybaeus*, F. 205, Syn. Car. 645, et. Beth.  
 \*171. 171. A. *L. serrulatus*, F. 204, non in Synop. tamen Salem.  
 172. 172. A. *L. pascuus*, F. 205, Syn. Car. 729, et. Beth.

 $\gamma$  *Cortimariae*.

## SUBGEN. 18. TELAMONIA.

173. 173. A. *T. flexipes*, F. 212, Syn. Car. 570, Lepiota.  
 174. 174. A. *T. gentilis*, F. 212, Syn. Car. 569, Lep. helvola.  
 175. 175. A. *T. macropus*, F. 215, Syn. Car. 571, Lep.  
 176. 176. A. *T. bivelus*, F. 215, Syn. Car. 593, Cort. fulgens.

## SUBGEN. 19. INOLOMA.

177. 177. A. *I. violaceus*, F. 217, Syn. Car. 574, et. Beth.  
 178. 178. A. *I. violaceo-cinereus*, F. 217, Syn. 575, et. Beth.  
 179. 179. A. *I. argentatus*, F. 218, Syn. Car. 588.  
 180. 180. A. *I. albo-violaceus*, F. 218, Syn. Car. 587 et. Beth.  
 181. 181. A. *I. conopus*, F. 219, Syn. Car. 586.  
 182. 182. A. *I. pholideus*, F. 219, Syn. Car. 584 (lepidomyces).  
 183. 183. A. *I. anomalus*, F. 220, Syn. Car. 644 (Gym. eumorph.).  
 184. 184. A. *I. subtortus*, F. 222, Syn. Car. 582, Pennsylv.  
 185. 185. A. *I. infractus*, F. 223, Syn. Car. 581, Pennsylv.  
 186. 186. A. *I. scaurus*, F. 223, Syn. Car. 583 (fulvofulig.).  
 187. 187. A. *I. rufo-olivaceus*, F. 223, Syn. Car. 585, Pennsylv.  
 188. 188. A. *I. callochrous*, F. 224, Syn. Car. 579 et 580, decolorans.  
 189. 189. A. *I. glaucopus*, F. 224, Syn. Car. 578.  
 190. 190. A. *I. turbinatus*, F. 225, Syn. Car. 592.

## SUBGEN. 21. DERMOCYBE.

191. 191. A. D. *cinnamomeus*, F. 229, Syn. Car. 597, et. Bethl.  
 192. 192. A. D. *croceus*, an. var. Syn. Car. 598, et. Bethl.  
 193. 193. A. D. *hemitrichus*, F. 230, Syn. Car. 596.  
 194. 194. A. D. *iliopodius*, F. 231, Syn. Car. 628 (dulcamarus).  
 195. 195. A. D. *acutus*, F. 233, Syn. Car. 615, Bethl.  
 196. 196. A. D. *ochroleucus*, F. 234, Syn. Car. 595, et. Bethl.  
 197. 197. A. D. *armeniacus*, F. 234, Syn. Car. 601, et. Bethl.  
 198. 198. A. D. *castaneus*, F. 235, Syn. Car. 599, et. Bethl.  
 199. 199. A. D. *decipiens*, F. 236, Syn. Car. 600, et. Pennsylv.  
 200. 200. A. D. *decumbens*, F. 237, Syn. Car. 589.  
 201. 201. A. D. *semiglobatus*, F. 237, Syn. Car. 623.  
 202. 202. A. D. *croceo-caeruleus*, F. 238, Syn. Car. 643 (Gym.).  
 203. 203. A. D. *picreus*, F. 239, Syn. Car. 614.  
 204. 204. A. D. *DENTICULATUS*, L. v. S., Syn. Car. 603.

*δ Dermini.*

## SUBGEN. 22. PHOLIOTA.

205. 205. A. P. *aureus*, F. 241, Syn. Car. 565, Lepiota.  
 206. 206. A. P. *aurivellus*, F. 242, Syn. Car. 564.  
 207. 207. A. P. *squarrosus*, F. 243, Syn. Car. 563.  
 208. 208. A. P. *tuberculosis*, F. 244, Syn. Car. 611 (curvipes).  
 209. 209. A. P. *mutabilis*, F. 245, Syn. Car. 567, caudicinus, freq. etiam Pennsylv.

## SUBGEN. 23. MYXACIUM.

210. 210. A. P. *collinitus*, F. 248, Syn. Car. 577.

## SUBGEN. 24. HEBEOLOMA.

211. 211. A. H. *fastibilis*, F. 249, Syn. Car. 630, et. Pennsylv.

## SUBGEN. 25. FLAMMULA.

212. 212. A. F. *flavidus*, F. 250, Syn. Car. 594 (Cort.).  
 213. 213. A. F. *spumosus*, F. 252, Syn. Car. 726, (Pras. silacea) etiam Pennsylvania sero autumnno.  
 214. 214. A. F. *maculosus*, F. 253, Syn. Car. 669 (Gym.).  
 215. 215. A. F. *lentus*, F. 253, Syn. Car. 590.  
 216. 216. A. F. *cohaerens*, F. 253, Syn. Car. 606.

## SUBGEN. 26. INOCYBE.

217. 217. A. I. *rimosus*, F. 258, Syn. Car. 610, et. Pennsylv.  
 218. 218. A. I. *geophyllus*, F. 258, Syn. Car. 642 et 670.  
 219. 219. A. I. *scabellus*, F. 259, Syn. Car. 673.

## SUBGEN. 27. NAUCORIA.

220. 220. A. N. *conspersus*, F. 260, Syn. Car. 617.  
 221. 221. A. N. *pumilus*, F. 263, Syn. Car. 616.

## SUBGEN. 28. GALERA.

222. 222. A. G. *tener*, F. 265, Syn. Car. 691, et. Bethl.  
 223. 223. A. G. *hypnorum*, F. 267, Syn. Car. 690, et. Bethl.

## SUBGEN. 29. TAPINIA.

224. 224. A. T. *involutus*, F. 271, Syn. Car. 763.

## SUBGEN. 30. CREPIDOTUS.

- \*225. 225. A. C. *atro-tomentosus*, F. 273, Salem et Bethl.  
 226. 226. A. C. *mollis*, F. 274, Syn. Car. 810, et. Bethl.  
 227. 227. A. C. *planus porrigens*, Syn. Car. 809.  
 228. 228. A. C. *variabilis*, F. 275, Syn. Car. 815.  
 229. 229. A. C. *depluens*, F. 275, Syn. Car. 816 (epigaeus).  
 \*230. 230. A. C. *violaceo-fulvus*, F. 276, Bethlehem.  
 \*231. 231. A. C. *byssisedus*, F. 276, Bethlehem.

• *Pratellae*.

## SUBGEN. 31. VOLVARIA.

232. 232. A. V. *bombycinus*, F. 277, Syn. Car. 540. *Amanita incarnata*.  
 233. 233. A. V. *volvaceus*, F. 278, Syn. Car. 541. *Am. virgata*.  
 \*234. 234. A. V. *speciosus*, F. 278, Syn. Car. caret Salem.  
 235. 235. A. V. *pusilla*, F. 278, Syn. Car. *Am. pusilla*, 542.

## SUBGEN. 31, b. VAGINATA.

236. 236. A. V. *cepaestipes*, F. 279, Syn. Car. 718.

## SUBGEN. 32. PSALLIOTA.

237. 237. A. P. *campestris*, F. 281, Syn. Car. 719 et 720, et. Pennsylv.  
 238. 238. A. P. *praecox*, F. 282, Syn. Car. 725, et. Pennsylv.  
 239. 239. A. P. *semiglobatus*, F. 284, Syn. Car. 710, Coprin et. Pennsylv.  
 240. 240. A. P. *echinatus*, F. 286, Syn. Car. 721.  
 241. 241. A. P. *aeruginosus*, F. 286, Syn. Car. 722.

## SUBGEN. 33. HYPHOLOMA.

242. 242. A. H. *lateritius*, F. 288, Syn. Car. 724, freq. Pennsylv.  
 243. 243. A. H. *fascicularis*, F. 288, Syn. Car. 725, et. Pennsylv.

## SUBGEN. 34. PSILOCYBE.

244. 244. A. P. *ericaceus*, F. 291, Syn. Car. 715 et 716, etiam Pennsylvania.  
 245. 245. A. P. *montanus*, F. 293, Syn. Car. 731, et. Pennsylv.  
 246. 246. A. P. *foenicicii*, F. 295, Syn. Car. 713, et. Pennsylv.

## SUBGEN. 35. PSATHYRA.

247. 247. A. P. *stipatus*, F. 296, Syn. Car. 727, et. Pennsylv.  
 248. 248. A. P. *caesius*, Syn. Car. 730.

## SUBGEN. 36. COPRINARIUS.

249. 249. A. C. *semiovatus*, F. 300, Syn. Car. 711, et. Penns.  
 250. 250. A. C. *papilionaceus*, F. 301, Syn. Car. 712, et. Penns.  
 251. 251. A. C. *fimicola*, F. 301, Syn. Car. 714, et. Penns.  
 252. 252. A. C. *vitellinus*, F. 303, Syn. Car. 704.  
 253. 253. A. C. *titubans*, F. 304, Syn. Car. 717.  
 254. 254. A. C. *conocephalus*, F. 304, Syn. Car. 728.  
 255. 255. A. C. *disseminatus*, F. 305, Syn. Car. 705, et. Pennsylv.

## SUBGEN. 37. GOMPHUS.

256. 256. A. G. *rhodoxanthus*, L. v. S., Syn. Car. 640.

B. *Coprinus*.

257. 257. A. C. *comatus*, F. 307, Syn. Car. 701.  
 \*258. 258. A. C. *atramentarius*, F. 308. Philadelphia, frequens in Washington Square, ubi primum observatus a D. Coxe, qui experimentis curiosis ex fungo deliquescente atramentum confecit valde indestructibile. Mense Octobr.  
 259. 259. A. C. *micaceus*, F. 309, Syn. Car. 703 (ferrug.).  
 260. 260. A. C. *cinereus*, F. 310, Syn. Car. 702, et. Pennsylv.  
 \*261. 261. A. C. *niveus*, F. 311, rarius Pennsylvania obvius.  
 262. 262. A. C. *domesticus*, F. 311, Syn. Car. 706, et. Bethl.  
 263. 263. A. C. *plicatilis*, F. 312, Syn. Car. 707, (pulcher) et. Pennsylv.  
 \*264. 264. A. C. *ephemeroides*, F. 313. Rar. Bethl.  
 265. 265. A. C. *ephemerus*, F. 313, Syn. Car. 708, freq. et. Bethl.  
 266. 266. A. C. *radiatus*, F. 313, Syn. Car. 709, et. Bethlehem.

## Genus 2. FAVOLUS.

267. 1. F. *alveolarius*, Fr. Polyp. p. 343, Syn. Car. 876, sub Boletio arculario. Bene distinctus.  
 \*268. 2. F. *abnormis*, L. v. S., an novum Genus? Rarissime occurrit in cortice castaneo: hic fungus abnormis, Bethlehem—quasi Favolum resupinatum in miniatura referens.  
 F. membranaceus, subfragilis, omnino resupinatus, unciali longitudine ac semiunciali latitudine; subseparabilis, superficie fusca, poris quasi magnis pro ratione, exacte hexagonis, favum referentibus vix excavatis concoloribus, obsita, nitente.

## Genus 3. LENTINUS. Fr. Syst. Orb. Veg. pag. 77.

a. *Mesopodes*.

269. 1. L. *SCHWEINITZII*, L. v. S., Syn. Car. 603, A. *denticulat*. Suppl. Elench. Fr. p. 46.  
 270. 2. L. *LECOMTEI*, L. v. S., Syn. Car. 794, A. *crinitus*, e Georgia, Suppl. Elench. F. p. 47.  
 271. 3. L. *STRIGOSUS*, L. v. S., Syn. Car. 800, Elench. F. 47.  
 272. 4. L. *tigrinus*, F. 176, Syn. Car. 778, Agaric.  
 273. 5. L. *lepidus*, F. 176, Syn. Car. 798, A. *tessulatus*.  
 274. 6. L. *cochleatus*,  $\beta$  *dentatus*, F. 177, Syn. Car. 766, frequentissimus Pennsylvania in viis publicis ex pineis palis constructis, ac in Pocono, mense Augusto, vicens maxime tempore sicco. Saepe 6—7 unciali pileo; stipite brevi tenacissimo.

b. *Pleurotes*.

- \*275. 7. L. *chama*, F. 181, Carolin. in querc. Non in Syn.  
 276. 8. L. *flabelliformis*, F. 185, Syn. Car. 806.  
 277. 9. L. *PELLICULOSUS*, L. v. S., Syn. Car. 808, et in Elench. F. pag. 47, Agaricus.

## Genus 4. CANTHARELLUS.

Trib. 1. *Mesopus*.

278. 1. C. *aurantiacus*, Fr. n. 2, Syn. Car. 826, non in Pennsylv.  
 279. 2. C. *cibarius*, F. n. 3, Syn. Car. 825, rarius etiam Pennsylv.  
 280. 3. C. *tubaeformis*, F. n. 7, Syn. Car. 828, etiam Bethl.  
 281. 4. C. *lutescens*, F. n. 8, Syn. Car. 827, freq. Pennsylv.  
 282. 5. C. *cinereus*, F. n. 9, Syn. Car. 829, rarior etiam Bethl.  
 283. 6. C. *cornucopioides*, F. n. 10, Syn. Car. 830, freq. Bethl.  
 284. 7. C. *ODORATUS*, Syn. Car. 832, Elench. F. p. 51, solummodo in Car.

285. 8. *C. ROSEUS*, L. v. S., Syn. Car. 833, Elench. F. p. 53, in Carol. exclus.
286. 9. *C. CINNABARINUS*, L. v. S., Syn. Car. 641, sub Agarico, vulgaris in Pennsylv. praesertim in Kalmetis et omnino ad hoc genus pertinens.
- \*287. 10. *C. FLOCCOSUS*, L. v. S., sylvis vastis faginis, "Beech Woods" dictis, in monte Pocono, Penn sylvania.
- C. magnus*, altitudine sexunciali, gregarius, tubaeformis, substantia subcarnoso-suberosa. *Pileo* infundibuliformi excavato, ime in stipitem; superficie floccoso-squamulosa, lutescente, 2—3 uncias lato, margine inflexo, undulato, repando. *Plicis* ramoso-furcatis densis, decurrentibus in stipitem cavum compressum, concoloribus. *Stipite* versus basin abiente in radicem subhorizontalem indurescentem. Pondus totius fungi laevissimus pro magnitudine. Dantur specimina in quibus *Pilei* bini aut plurimi ex eodem stipite, inde subramoso, proveniunt.
- \*288. 11. *C. HELOSTOIDES*, L. v. S., in ramulis dejectis putridis rarissime, Salem, Carol.
- C. minutissimus*, 2 lin. vix excedens. *Stipite* gracili, glabro, fusco. *Pileo* pulvinate, subcarnoso, demum indurato, spadiceo, glabro,  $\frac{1}{2}$  lin. lato. *Plicis* plerumque quatuor simplicibus, radiatim decurrentibus, lutescentibus; stipite concolori.
- An ad genus Persoonii in Myc. Europ. *Perona*?

## Trib. 2. PLEUROFUS ET APUS.

289. 12. *C. crispus*, F. p. 323, n. 2, Syn. Car. 837, etiam ex New York, misit cel. Torrey.
290. 13. *C. INCARNATUS*, L. v. S., Syn. Car. 840. Vulgaris, Salem, in truncis dejectis, nunquam in Pennsylv. obvius. Fries in Elench. p. 57, n. 1, perperam ad Merulium.
291. 14. *C. CONFLUENS*, L. v. S., Syn. Car. 836, *crispo* satis affinis. Et in Pennsylvania occurrit, nec ad Merulium pertinet ut habet Fries in Elench. p. 57, n. 2.
292. 15. *C. SPATHULARIA*, L. v. S., Syn. Car. 839, ubi depictus, fig. 1 et 2. Etiam ex Tropicis, Surinam.
293. 16. *C. CUPRESSI*, L. v. S., Syn. Car. 835, ex Georgia.
294. 17. *C. muscigenus*, F. n. 3, Syn. Car. 834.
- \*295. 18. *C. fissilis*, F. n. 8, Bethlehem.
- \*296. 19. *C. muscorum*, F. n. 10, Carol. non inventus, sed ex missis amicissimi Torrey in muscis, New York.
- \*297. 20. *C. tenellus*, F. n. 11, ad trabes putrid., Bethl.
- \*298. 21. *C. cupularis*, F. n. 12, rarius Bethlehem in stipitibus herbarum. Perizam refert disco subplicato fuligineo-badio.
- \*299. 22. *FASCICULATUS*, L. v. S., ex New York communicavit amicissimus Torrey, in cortice ignoto proveniens.
- C. fasciculatim* proveniens, minutus, caespites 4 lineares latitudine, 2—3 altitudine efficiens. Fungus stipitatus, vertice porrecto, referens *Perizam anomalam*; stipitibus fasciculi, quasi in basin latiusculam coalitis—in cupulam campanulatam valde fissilem elongatis (extus colore cervino) furfuraceam. *Plicis* in cupula indistinctis, statu sicco ob clausam cupulam non observandis, colore lutescentibus. Stipitibus porrectis, basi albo-tomentosis.
- \*300. 23. *C. OLIVACEUS*, L. v. S., rarissime obvius. Salem, Carolinae, in terra ad vias.
- C. Pleuropus*. *Pileo* 1—1 $\frac{1}{2}$  unciali, subcarnoso-suberoso, dimidiato, pulvinate, repando, margine subinflexo, subtomentoso, centro impresso; in stipitem crassum, brevissimum, nigrum, lateralem, strigosulum porrecto. *Pileo* olivaceo, quasi Boleti cujusdam subtomentosi. *Plicis* luteis, anastomosantibus, dense intertextis, in hymenio carnosio.
- \*301. 24. *C. VIRIDIS*, L. v. S., in ligno putrido rarus et satis abnormis. An sit Periza ex vicinitate Phialearum? Bethlehem.
- C. substipitatus*, dimidiatus aut irregularis,  $\frac{1}{4}$  unciam non magnitudine excedens, gregarius, substantia firma quasi elastica. Cupulis demum subcorneis, obconicis, virescenti-fuscis, extus e stipite plicatis. Disco ime excavato aut interdum applanato, vivide virente  $\frac{1}{4}$  lin. lat. In explicatissimis, pileus quasi repando undulatus, in aliis contractus.

## Genus 5. SCHIZOPHYLLUM.

302. 1. *S. commune*, F. p. 330, n. 1, Syn. Car. 819, *Agaricus alneus*.  
Vulgatissimus ut in Carolina etiam in Pennsylv. in truncis fere omnibus, ex cortice ac ligno. Nunquam autem pinis increscens.

## SUBORDO II. POLYPOREI.

## Genus 6. BOLETUS.

303. 1. *B. luteus*, F. p. 386, n. 1, Syn. Car. 854 (annulatus), et. Bethlehem, pinetis r. c. Pocono.  
\*304. 2. *B. flavidus*, F. n. 2, ad margines paludum Pocono.  
305. 3. *B. granulatus*, F. 3, Syn. Car. 858 (circinans), et. Pennsylv.  
\*306. 4. *B. bovinus*, F. 4, vulgatus Pennsylv. et Carol.  
307. 5. *B. piperatus*, F. 5, Syn. Car. 861, etiam Bethl.  
308. 6. *B. variegatus*, F. 6, Syn. Car. 862 (reticulatus), rarior.  
309. 7. *B. subtomentosus*, F. 10, Syn. Car. 859, et. Pennsylv.  
310. 8. *B. calopus*, F. 11, Syn. Car. 870, et. Pennsylv.  
311. 9. *B. luridus*, F. 13, Syn. Car. 868, et. Bethl. et 869.  
312. 10. *B. castaneus*, F. 14, Syn. Car. 866, et. Bethl.  
313. 11. *B. edulis*, F. 15, Syn. Car. 867, rarior et. Pennsylv.  
314. 12. *B. Pocono*, L. v. S., in sylvis montosis Pocono fagineis.  
*B. minor*, 2—3 uncias altus. Pileo pulvinateo, unciali tantum, minutim strigoso-subtomentoso margine, arcte inflexo, cervino. Poris majusculis, angulato-prominulis, concoloribus. Stipite 2—3 unciali, subattenuato, basin versus incrassato, apice pallido-striato, ceterum spadiceo, subfurfureo.  
315. 13. *B. floccopus*, F. 17, Syn. Car. 863, *floccosus*, L. v. S., frequens Bethl. ad vias umbrosas, r. c. Bartow's spring.  
316. 14. *B. scaber*, F. 18, Syn. Car. 857, non freq.  
317. 15. *B. felleus*, F. 19, Syn. Car. 865, et. Pennsylv.  
318. 16. *B. BETULA*, L. v. S., Syn. Car. 860, frequens etiam Bethlehem in sylvis.  
319. 17. *B. ALBOATEB*, L. v. S., an Muhlenberg, Syn. Car. 864, etiam Bethlehem.

## Genus 7. POLYPORUS.

## Trib. 1. MÉSOPUS.

*α Subcarnosi.*

320. 1. *P. subsquamosus*, F. p. 435, n. 1, *β leucomelas*, Syn. Car. 871. Nondum Pennsylv.  
321. 2. *P. ovinus*, F. n. 2, Syn. Car. 872 (albidus), Syn. Car. 872, in Pilota.  
\*322. 3. *P. melanopus*, F. n. 4, Bethlehem ad trunc.  
323. 4. *P. fuliginosus*, F. 5, Syn. Car. 873, et. Bethl.  
324. 5. *P. brumalis*, F. 6, Syn. Car. 874, et. Bethl. rarior.  
\*325. 6. *P. ciliatus*, F. 7, pileo minuto, Salem inv.  
326. 7. *P. leptcephalus*, F. 8, Salem et Bethlehem passim.

*β Coriacei.*

327. 8. *P. perennis*, F. p. 350, n. 13, Syn. Car. 875, et. Bethl. freq.  
\*328. 9. *P. rufescens*, F. n. 14, rarius obvius Salem.  
329. 10. *P. Schweinitzii*, F. n. 16, Syn. Car. 878, *sistotremoides*. Specimina pulchra inveni Bartrami Horto Philadelphia.  
\*330. 11. *P. CORNATUS*, L. v. S. *P. cinnamomeus*, Pers. p. 41, pessime descriptus, huc pertinet. Salem rarior.

P. pileis coriaceis, velutinis, saepe multis in unum connatis, ex cinnamomeo albidis, centro umbilicatis, limbo repando, eleganter zonatis. Poris magnis cinnamomeis, laceratis; hinc valde differt ab *perenni*. Stipitibus  $\frac{1}{2}$ -uncialibus, compressis, ligneo-suberosis, cinnamomeis, basi tuberosis. Pileis singulis diametro unciali, sed ad octo confluent.

\*331. 12. *P. RADICATUS*, L. v. S., melius ad priorem sectionem forsan. In terra lignosa juxta truncos, Bethlehem. Substantia ambit inter 2 sect.

P. solitarius; radice longa, fusiformi, suberosa, nigra, ad 1—2 uncias penetrans, terram lignosam ex truncis corruptis ortam. Stipite cylindrico unciali in Hymenium obconicum dilatato, minutim squamuloso, albido. Hymenio ex poris ovatis majusculis, parietibus tuborum crassiusculis, non profundis regulariter dispositis, constante. Pileo pulvinatim applanato, marginibus inflexis, centro impresso, fuligineo-pallido, minutim subtomentoso; diametro  $1\frac{1}{2}$  unciali.

## Trib. 2. PLEUROPUS.

332. 13. *P. varius*, F. p. 352, n. 1, Syn. Car. 884, freq. et Bethl.

333. 14. *P. badius*, Pers. certissime specie distinctus, Syn. Car. 883 et 877, *numularius* frequens aequae ac prior etiam Bethlehem.

334. 15. *P. lucidus*, F. 353, n. 2, Syn. Car. 882, freq. et maximus et Bethlehem. Valde varians. Junior saepe clavatus et abnormis.

## Trib. 3. MERISMA.

\*335. 16. *P. umbellatus*, F. p. 354, n. 1, prope *Quakertown*.

336. 17. *P. frondosus*, F. n. 2, Syn. Car. 879, et Pennsylvania.

337. 18. *P. giganteus*, F. n. 4, etiam passim Pennsylvania, 880.

338. 19. *P. cristatus*, F. n. 5, Syn. Car. 881, etiam Pocono.

339. 20. *P. sulphureus*, F. n. 6, Syn. Car. 885 et 886, *citrimus* et *croceus*. Freq. Bethl. ingentibus specimenibus, ad radices et in mediis truncis. Observatur saepe ut statu exsoleto splendet nocte luce phosphoreo.

\*340. 21. *P. intricatus*, F. 7, ramosus, Bethl. rarius sed distinct.

341. 22. *P. GRAVEOLENS*, L. v. S., Syn. Car. 901, Elench. F. p. 79, et Pennsylvan. Nazareth, sed rarior. Semper medio arboris trunco increcit durissimus ac difficiliter separandus.

## Trib. 4. APUS.

*a Autumnales.*

342. 23. *P. hispidus*, F. p. 362, n. 1, Syn. Car. 891, et. Bethlehem, saepe maximus.

343. 24. *P. LABYRINTHICUS*, L. v. S., Syn. Car. 950, *Sistotrema spongiosum*, vide Elench. Fries. p. 83.

\*344. 25. *P. spumeus*, F. p. 358, n. 2. *Pine swamp* inventus: colore subspadiceo, a fungo Friesii differt.

*β Anni.*† *Carnosi.*

\*345. 26. *P. betulinus*, F. 358, n. 1, rarissime nobis, Beechwoods, (vix Carolina) et New York missus (ad Sectionem sequentem).

\*346. 27. *P. chionaeus*, F. 359, n. 3, olim *P. spongiosus*, L. v. S., passim Bethlehem.

347. 28. *P. destructor*, F. 359, n. 4, Syn. Car. 920, ad rad. trunc.

\*348. 29. *P. lacteus*, F. 359, n. 5, vix pubescit pileus in nostro; Bethlehem rarius.

349. 30. *P. stipticus*, F. 359, n. 6, Syn. Car. 888, et. Bethlehem.

350. 31. *P. mollis*, F. 360, n. 7, Syn. Car. 890, et. Bethlehem.

351. 32. *P. caesius*, F. 360, n. 8, Syn. Car. 889, et. Bethlehem.

\*352. 33. *P. fragilis*, F. Elench. p. 86, Stumpstown, Pennsylv.

\*353. 34. *P. tephroleucus*, F. p. 360, n. 9, Bethlehem rarus.

\*354. 35. *P. alutaceus*, F. p. 360, n. 10, Bethlehem distinctis.

\*355. 36. *P. FIMBRIPORUS*, L. v. S., in ramis dejectis tenuioribus castaneis, Bethl.

P. subtriangularis, substantia carnosa, aquose spongiosa, omnino *P. mollis*. Pileo glabro, pallido,



siccitate ruguloso et contracto volumine. Poris albescentibus, rotundis, minutis, circum apices mire fimbriato ciliatis. Diametro unciali. Tempore sicco indurescit.

†† *Subcarnosi.*

- \*356. 37. *P. pubescens*, F. p. 367, n. 8, Bethlehem rarus, olim *P. caespitulans* mihi.  
 357. 38. *P. fumosus*, F. p. 367, Syn. Car. 901, Salem.  
 351. 39. *P. undulatus*, L. v. S., Syn. Car. 893, Elench. F. p. 87.  
 359. 40. *P. isabellinus*, L. v. S., Syn. Car. 899, Elench. p. 88.  
 \*360. 41. *P. nigropurpurascens*, L. v. S., rarius in Carolina obvius, non *Poria* 925, quanquam specimina sub hoc nomine a me Friesio communicata huc pertinent.  
 P. pilei dense imbricatis, dimidiatis, albo strigoso-tomentosis, vix fasciatis, nisi in margine tenui flexuoso ferrugineo. Poris minutis subflexuosis et fusco nigro purpurascensibus. Fasciculis similibus *P. adusto* et *amorpho*, quibus affinis provenit.  
 \*361. 42. *P. amorphus*, (Pers. aureolus) F. n. 8, Salem et Bethl.  
 362. 43. *P. adustus*, F. n. 6, Syn. Car. 898, et. Bethl. freq.  
 363. 44. *P. crispus*, F. n. 5, Syn. Car. 900, et. Bethl.

††† *Subsuberosi.*

- \*364. 45. *P. ulmarius*, F. p. 365, n. 2. *Lancaster*, rip. Conestogae in trunco ulmi.  
 \*365. 46. *P. suaveolens*, F. 366, n. 5, rarissimus. Specimina optima ex New York misit Torrey.  
 \*366. 47. *P. populinus*, F. 367, n. 6, in trunco mali Bethl.  
 367. 48. *P. unicolor*, L. v. S., Syn. Car. solitarius semper—distinctissimus, etiam passim in Pennsylvania, in medio trunco.  
 368. 49. *P. cervinus*, L. v. S., Syn. Car. 902, Elench. Fr. p. 92, solummodo in Carolina observavi.  
 369. 50. *P. serialis*, F. p. 370, Syn. Car. 927, *contiguus* freq. et. Bethlehem.  
 \*370. 51. *P. pilotae*, L. v. S., maximus in monte Pilota Carol. in trunco castaneo.  
 P. pileo maximo, pedali fere dimidiato, subradicato, i. e., uno latere ime intrante lignum, substantia sua suberoso-fibrillosa, demum indurata. Ceterum superficie pilei superna nec tomentosa, nec strigosa, potius rugosa, scariosa et subresinosa. Tubis longissimis, discretis, arcte invicem adpressis, luce obversis subdiaphanis, atrifuscis aut brunneis succulentis. Poris minutulis angulatis, succo resinoso repletis. Plusquam 4 uncias crassus. Substantia fibroso-suberosa, interne subrutilans.  
 \*371. 52. *P. pallido-cervinus*, L. v. S. rarius obvius, *Hamburg*, Berks County, non valde distinctus.  
 P. minor, dimidiatus uncialis. Pileo gilvo cervino, glabro—substantia subcarnosa. Poris pallidis flexuosis tubis longiusculis. Potius ad sectionem carnosorum in vicinitate, *mollis*, sed colore valde distinctus.

†††† *Coriacei.*

- \*372. 53. *P. hirsutus*, F. 367, n. 1, non rarus Bethlehem, in ramis Robiniae praesertim.  
 \*373. 54. *P. hirsutululus*, L. v. S., rarus Bethlehem—ad Setosas Friesii, p. 861 in nota, pertinere videtur.  
 P. minutus, dimidiatus aut reniformis, subinfundibuliformis etiam; substipitatus, coriaceus,  $\frac{1}{2}$  uncialis.  
 Pileo strigoso-canescens griseo, fasciis notato ex pilis setosis, fuligineo-nigris, aggregatis in centro et in margine inflexo, inde ciliato. Poris pallidis subdecurrentibus.  
 374. 55. *P. velutinus*, F. p. 368, n. 2, vulgatissimus etiam in Pennsylvania et saepe maximus.  
 375. 56. *P. nigromarginatus*, L. v. S., Syn. Car. 912, videtur satis distinctus ab affini priori et in Pennsylvania semper in Liriodendro invenitur.  
 376. 57. *P. zonatus*, F. 368, n. 2, Syn. Car. 913, *ochraceus*, etiam Bethlehem.  
 377. 58. *P. versicolor*, F. n. 3, Syn. Car. 915. Ubique.  
 \*378. 59. *P. stercoides*, F. 369, n. 5, rarius in Pocono, affinis *P. abietino*.  
 \*379. 60. *P. radiatus*, F. n. 6, interdum substipitatus. Salem et Bethlehem occurrit.  
 \*380. 61. *P. pallescens*, F. n. 7. Salem (Syn. Car. 913, *lutescens*), et. Bethlehem.  
 \*381. 62. *P. abietinus*, F. 370, Syn. Car. (*Sistotrema violaceum*, 949) omnium frequentissimus ad truncos frondosarum, aequae ac alnorum. Bethl. et Sal.  
 382. 63. *P. virginicus*, L. v. S., Syn. Car. 919, cum *Icone*, pulcher ac rarus, etiam Pennsylv., Elench. F. p. 96.  
 383. 64. *P. conchifer*, L. v. S. Syn. Car. 918, Elench. F. p. 96, etiam Bethlehem rarior.  
 384. 65. *P. symphyton*, L. v. S., Syn. Car. 951, *Sistotrema Elenchus*, F. p. 97. Solummodo Carolina.

- \*385. 66. *P. DECIPIENS*, L. v. S., rarior, obvius in truncis majoribus, Bethlehem.  
*P. pileis uncialibus, tenuiusculis, coriaceis, imbricatis, albido-griseis, versus basin ochraceis, multifasciatis, velutinis, in fasciis concoloribus, strigosopilosis. Fasciis undulato-elevatis. Poris minutis inaequalibus flavo-luteis. Ambit inter P. versicolore et abietinum.*
- \*386. 67. *P. PARVULUS*, L. v. S., rarius in cortice Pinorum. Bethl. Pocono.  
*P. pileis subresupinato-effusis, tamen undulatum protrusis vix imbricatis, coriaceis, albidis, strigosissimis, semiuncialibus, longitudinaliter confluentibus. Poris pallide ochraceis, majusculis, laecleratis, in margine, praesertim in fungo resupinato, oblitteratis.*
- \*387. 68. *P. SCUTELLATUS*, L. v. S., ramis et truncis Syringae vulgaris innascit Bethl. etiam ex New York habeo.  
*P. minor, unciam vix excedens, plerumque semiuncialis, rarius dimidiatus; plerumque basi affixus et inde omnino scutellatus, orbiculatus, aut subdifformiter ambitu undulato. Pileis durissimis, nigro-fuscis, zonis sulcato-rugosis, plicatis, glabris. Margine hymenioideo, albo subprominente. Hymenio disciformi excavato, quasi albo-pulverulento. Poris minutis rhomboideis, hymenium pertusum apparet, tubis albo-cinereis in centro longiusculis. Demum, pulvere quasi detrito, pori nigrescunt. Substantia subcoriacea duriore ceteris hujus sectionis.*

γ *Biennes.*

- \*388. 69. *P. sanguineus*, F. 371, Syn. Car. caret, sed ibidem specimina elegantissima reperta sunt a me.  
 389. 70. *P. cinnabarinus*, F. 371, Syn. Car. 916, freq. Pennsylv.
- \*390. 71. *P. fraxineus*, F. p. 374, saltem Pers. Myc. p. 68, valde distincta species, New York et Bethl.  
 391. 72. *P. AESCULI*, L. v. S., Syn. Car. 887, Elench. F. p. 99, Salem rarus.  
 392. 73. *P. resinosis*, F. 361, Syn. Car. 892, fuscus. Non rarus etiam Pennsylvaniae.
- \*393. 74. *P. Benzoinus*, F. Elench. p. 100, bene congruit. *P. fuscogilvus*, L. v. S., ad truncum unicum copiose Kreuterville, Pennsylvaniae. Species pulcherrima. Differt a priori subsimili multis notis.  
 394. 75. *P. odoratus*, F. 373, Syn. Car. 905, in monte Pocono.  
 395. 76. *P. nidulans*, F. 362, n. 2, prope Kaign's Point, Philad.  
 396. 77. *P. cuticularis*, F. 363, n. 4, Syn. Car. *alveus* 895, etiam *triqueter* 894, in Robinia, &c.  
 \*397. 78. *P. rutilans*, F. 363, an carpineus, Syn. Car. 896, etiam ex Florida. Tenuitate distinctus.  
 398. 79. *P. GILVUS*, L. v. S., Syn. Car. 897, Elench. F. p. 104, frequens etiam Pennsylvania.

ε *Perennes.*

399. 80. *P. marginatus*, F. 372, Salem et Pocono.  
 \*400. 81. *P. pinicola*, F. n. 3, Salem et Pine Swamp freq.  
 \*401. 82. *P. annosus*, F. n. 5, in Betulis, Bethl.  
 \*402. 83. *P. dryadeus*, F. p. 374, freq. ad truncos quereos.  
 403. 84. *P. fomentarius*, F. n. 8, Syn. Car. 909, vulgaris in frondosis arboribus, Bethl. et Salem.  
 \*404. 85. *P. nigricans*, F. n. 9, aff. priori, ex Florida.  
 764. 21. *P. cupularis*, F. 46, Syn. Car. *crenata*, 1180, et. Bethlehem.  
 \*765. 22. *P. applanata*, F. 50, Bethlehem rara.  
 766. 23. *P. violacea*, F. 52, Syn. Car. 1171, solummodo Carol.  
 \*767. 24. *P. granulata*, F. 53, in stercore, Salem Carolinae.  
 \*768. 25. *P. membranacea*, F. 48, Bethlehem rara p. Jones.  
 \*769. 26. *P. diluta*, F. 49, eisdem locis Bethlehem.  
 \*770. 27. *P. fuliginea*, F. 51, ripis Lehigh abruptis sylvaticis.

Trib. 3. HUMARIA.

771. 28. *P. rutilans*, F. 62, Syn. Car. 1238, *leucoloma*, Salem.  
 \*772. 29. *P. fulgens*, F. 61, ex Deerfield, Massachusetts communicata.  
 \*773. 30. *P. ollaris*, F. 63, Salem et Bethlehem.  
 \*774. 31. *P. araneosa*, F. 67, rarissime obvia Nazareth.  
 \*775. 32. *P. humosa*, F. 72, in Pine Swamp Pennsylv. rara.  
 \*776. 33. *P. leucoloma*, F. 71, Bethlehem inter muscos.  
 777. 34. *P. omphalodes*, F. 78, *confluens*, Syn. Car. 1240, nondum Pennsylv.  
 778. 35. *P. rubricosa*, F. 73, Syn. Car. 1241, *rufa*, ad terram in Carolina.

*Series 2. Lachnea.*

Trib. 1. SARCOSYPHAE.

1. *Stipitatae*.

- \*779. 36. *P. coccinea*, F. p. 79, n. 1, Bethlehem in sylvia occidentale.  
 \*780. 37. *P. tomentosa*, F. n. 3, ligno dejecto adhaerens Carolina.  
 \*781. 38. *P. OCCIDENTALIS*, L. v. S., ad Muskingum in Ohio ad stipites dejectos et ramulos mense Augusto.

P. longiuscule stipitata, stipite teneriori, cupula subinfundibuliformi, tota coccinea; extus villo brevi albidulo subtomentosa. Disco luteo coccineo. Basis stipitis tomento candido involuta—Interdum



sessilis occurrit, plerumque stipite subunciali. Omnibus partibus gracilior est *P. coccinea*. Sparsim crescit.

\*782. 39. *P. floccosa*, L. v. S., ad terram et ad ramulos in terra defoss. Nazareth.

*P. longissime* stipitata, fasciculatim crescens; stipite subflexuoso sursum in cupulam tubaeformem sensim dilatato. Cupula ime tubaeformis, limbo dilatato, colore externo lutescenti coccinea, cum stipite strigosissime floccosa, tomento longo recto candido, omnino obtegente cupulam, stipitemque sarcosum. Disco eleganter coccineo, nudo. Tota unciam altitudine excedit, gracilis, et pulcherrima est.

### 2. *Sessiles.*

783. 40. *P. nigrella*, F. n. 7, Syn. Car. 1186, freq. et Bethl.

784. 41. *P. hemisphaerica*, F. n. 11, Syn. Car. 1185, et. Bethl.

785. 42. *P. brunnea*, F. 12, Syn. Car. 1187 et. New York missa.

### 3. *Ciliares.*

\*786. 43. *P. carneorufa*, F. 17, rarissime obvia Bethl.

787. 44. *P. scutellata*, F. 19, Syn. Car. 1195, et. Pennsylv. freq.

788. 45. *P. ERINACEUS*, L. v. S., F. 20, Syn. Car. 1194, praesertim in putridissimis Juglandis truncis et. Bethl.

\*789. 46. *P. setosa*, F. 25, rarior Bethl. ad cariosos truncos.

\*790. 47. *P. stercorea*, F. 26, Syn. Car. 1196, in fimo praesert. vaccino, Pennsylvania et New York.

791. 48. *P. theleboleidea*, F. 28, in horto stercorato solummodo Carolina, Syn. Car. 1197.

\*792. 49. *P. diversicolor*, F. 29, huc referenda est *Peziza lurida* nobis olim nec tamen Syn. Car. 1239.

793. 50. *P. papillata*, F. 30, Syn. Car. 1198, et passim in fimo Pennsylv.

## Trib. 2. DASYSCYPHAEE.

### 1. *Stipitatae.*

794. 51. *P. ciliaris*, F. 33, Syn. Car. 1209, freq. et. Bethlehem.

795. 52. *P. virginea*, F. 34, Syn. Car. 1208, freq. et. Bethl.,  $\beta$  var. *carpophila* vulgatissima in glandibus ibid.

\*796. 53. *P. nivea*, F. 35, Bethlehem rara in ramulis.

797. 54. *P. patula*, F. 37, Syn. Car. 1210, Bethl. et lignatilis.

798. 55. *P. calycina*, F. 38, Syn. Car. 1207, vulgaris Bethl.

\*799. 56. *P. OCHRACEA*, L. v. S., nitidissima in ligno pineo. Kaign's Point, Philad.

*P. major* quam *virginea*, eleganter ochracea; extus villosa villis concoloribus. Stipite mediocri. Cupula dilatata, primum contractim subclausa. Disco vivide ochraceo. Gregibus vastis lignum non corruptum occupat.

\*800. 57. *P. bicolor*, F. 39, in frustro pineo ibidem.

\*801. 58. *P. cerinea*, F. 40, rarior Salem et Bethl.

802. 59. *P. sericea*, F. 43, Syn. Car. 1211, nondum Pennsylv.

\*803. 60. *P. clandestina*, F. 44, Salem et Bethl.

\*804. 61. *P. calyculaeformis*, F. 43, ligno putrido Bethl.

\*805. 62. *P. caulicola*, F. 45, albo-marginata, Bethl.

\*806. 63. *P. armeniaca*, F. 46, ad caules ut prior, Bethl.

807. 64. *P. fuscescens*, F. 47, Syn. Car. 1212, fol. fagineis et aliis etiam Bethlehem.

\*808. 65. *P. STIPITICOLA*, L. v. S., in stipitibus dejectis Bethlehem.

*P. minuta*, subsparsa, substipitata, cupulis globoso-turbinatis in stipitem crassum abientibus, primum clausis, extus farinaceo-pubescentibus, margine albescentibus, pilis ceterum cervinis; disco pallido.

\*809. 66. *P. plagopus*, F. 41, in ligno vetusto, Bethl.

\*810. 67. *P. PROLIFICANS*, L. v. S., in disco caeso ramorum et truncor. Salem.

*P. minuta*, stipite brevi crassiusculo, subfasciculata, sicca clausa et sphaeriaomorpha, extus aeruginoso-farinacea, pubescens. Uda, aperta, disco atroviride, saepe prolificante, i. e. cupula in cupula crescenti. Limbo plerumque undulato, margine tumido.

\*811. 68. *P. SPHAERICOLA*, L. v. S., increscens Sphaeriis pulvinatis, Bethl.

*P. minutissima*, turbinata, sparsa et gregaria, extus strigosa, brunnea, in margine albens, stipite brevi brunneo crasso. Disco brunneo.

- \*812. 69. *P. LUTEO-ALBA*, L. v. S., ad corticem, Bethl.  
*P. minuta*, stipite gracili, in cupulam latiusculam expanso, extus cum cupula luteo villosa. Disco aperto candido.
- \*813. 70. *P. TURBINULATA*, L. v. S., rimis corticalibus Castaneae.  
*P. stipitata*, gracilis, sparsa, turbinata, extus eleganter sulphurea, pilosa. Stipite versus basin subnudo subsulcato. Disco viride aurantio-rubro. Vix semilineari altitudine.
- \*814. 71. *P. SUBHIRTA*, L. v. S., epiphylla, Bethlehem.  
*P. minutissima*, substipitata, sparsa, lutea, extus minutim hirsuta cupula dilatata.

2. *Sessiles.*

815. 72. *P. alboviolascens*, F. 49, Syn. Car. 1206, et. Bethlehem.
816. 73. *P. corticalis*, F. 50, Syn. Car. 1202, et. freq. Bethl.
817. 74. *P. CINEREOFUSCA*, L. v. S., F. 52, Syn. Car. 1192, passim et. Pennsylv.
- \*818. 75. *P. hispidula*, F. 58, in Sambuco, Salem et. Pennsylv.
- \*819. 76. *P. Schumacheri*, F. 59, disco caeruleo. in Spiraea, Bethl.
- \*820. 77. *P. spadicea*, F. 60, ad ligna Bethlehem.
821. 78. *P. rufo-olivacea*, F. 63, ad Rubos rara Bethl. et Salem.
822. 79. *P. flavo-fuliginea*, F. 64, Syn. Car. 1190, et. Bethl.
- \*823. 80. *P. varicolor*, F. 65, ad stipites Salem obvia.
- \*824. 81. *P. episphaeria*, F. 67, ad Sph. adustam Bethl.
- \*825. 82. *P. roseola*, F. 68, passim Bethl. ad caules.
826. 83. *P. LEONINA*, L. v. S., F. 70, Syn. Car. 1200, et. Bethlehem.
827. 84. *P. FULVO-CANA*, L. v. S., F. 71, Syn. Car. 1201, et. Pennsylv.
- \*828. 85. *P. papillaris*, F. 73, Bethlehem.
829. 86. *P. FENICILLATA*, L. v. S., F. 74, Syn. Car. 1204, et. Bethl.
830. 87. *P. hyalina*, F. 75, Syn. Car. 1214, freq. et. Bethl.
831. 88. *P. strigosa*, F. 76, Syn. Car. 1188, in caulibus umbell.
- \*832. 89. *P. relicina*, F. 78, in caulibus Pastinacae, Bethl.
833. 90. *P. sulphurea*, F. 80, Syn. Car. 1189, et. Bethl. ad caules.
- \*834. 91. *P. villosa*, F. 82, freq. Bethlehem ac Salem.
- \*835. 92. *P. grisea*, Pers. Myc. Bethl. lignis, bona species.
- \*836. 93. *P. corvina*, F. 56, rara Bethl.
- \*837. 94. *P. triformis*, F. 69, in ligno Rhois, Bethl.
- \*838. 95. *P. virescens*, F. 81, in variis caulibus, Bethl.
- \*839. 96. *P. punctiformis*, F. 85, ad fol. Castaneae, Bethl.
840. 97. *P. CINNABARINA*, L. v. S., Syn. Car. perperam *flammea*, n, 1193, ad Liquidambaris ligna, Salem.  
*P. sessilis*, globosa, strigoso-pulverulenta, unicolor, cinnabarina, basi latiusculo nigrescente, rarius disco aperto. Tota pulvere cinnabarino copiosim tecta. Gregarie crescit, vix 1½ lineas diam. excedens.
- \*841. 98. *P. COMATA*, L. v. S., epiphylla in foliis quercinis dejectis, Bethl.  
*P. minutissima*, sessilis, candidissima, extus pilis longis densis candidis eleganter comata. Sparsa.
- \*842. 99. *P. INCARNESCENS*, L. v. S., ad ligna decorticata varia, Bethl.  
*P. sessilis*, gregaria, 1—2 lin. lata, orbicularis, extus nigro-umbrina, pilosula strigosa, margine dilutioni, subclausa, sicca, madefacta, expansa. Disco eleganter incarnato.
- \*843. 100. *P. VITIS*, L. v. S., rimis Corticis Vitis, Bethl.  
*P. minuta*, difformiter globosa, clausa, carnea, sed villo albo extus laxius involuta, margine crenulato-plicato; disco pallido. Punctiformis.
- \*844. 101. *P. FUSCOBARBATA*, L. v. S., in antiquissimis caulibus Verbasci, Bethlehem.  
*P. patellaeformis*, extus duriuscula et in basi nigricans, 1—2 linearis; in margine densim fusco-barbata. Disco eleganter carneo. Sparsa. Siccitate clausa. Cupula extra barbam nuda rugosa.
- \*845. 102. *P. RUFIBERBIS*, L. v. S. in plurimis stipitibus teneris dejectis, Bethl.  
*P. appanato-patellaeformis*, siccitate ob cupulae teneritatem irregulariter contracta, ceterum orbicularis, et madefacta valde explanata, rubella, carnosa, extus fasciculis pilorum brevium ruforum eximie barbata. Lin. 1—2 diametro; gregatim crescens.

- \*846. 103. *P. MACULINCOLA*, L. v. S., in maculis determinatis albidis, omnino tamen non crustaceis, in lignis decorticatis ramorum aggregata, Bethlehem.  
*P. gregaria*, affinis *P. flammulae* et *cinnabarinæ*, lineam diametro excedens, sessilis, basi nigra nuda rugosa, versus marginem strigosissima, tomento strigoso ferrugineo rufo, subpulverulento. Disco primum clauso, tum *Peziza globosa*; demum aperto, carneo-rufo. Cupulis in macula subconcentricis.
- \*847. 104. *P. EUPATORII*, L. v. S., versus radices in maximis caulibus emortuis *Eupatorii purpurei* et maculati, Bethl.  
*P. gregaria*, cupulis bi-vel tri-linearibus; madefactis explanatis, disco subconvexo, margine fere oblitterato. Siccitate connivens, sed non clausa, est haec *pezizula rufo-carnea*, extus pilis nigrofuscis, apice albescentibus fasciculatim obsita.
- \*848. 105. *P. ATROFUSCATA*, L. v. S., in frustulis ligni dejecti. Bethlehem.  
*P. sparsa*, majuscula (pro ratione) diametro lineari. Cupula sessilis, extus statu sicciori atra, rugosa orbiculata, interdum tantum in margine barbata, plerumque extus fusco-strigosa.

## Trib. 3. TAPESIA.

\* *Cupulis villosis.*

849. 106. *P. anomala*, F. 86, Syn. Car. 1215, et Bethl.
- \*850. 107. *P. annulata*, F. 87, rarius Bethl. ad ligna.
- \*851. 108. *P. stipata*, F. 88, non infreq. ad ligna Bethl.
- \*852. 109. *P. poriaeformis*, F. 89, rara sed distincta, Salem.
- \*853. 110. *P. caesia*, F. 93, Salem et Bethl. obvia.
- \*854. 111. *P. Rosae*, F. 97, Salem, rarissima in Rosa.
855. 112. *P. FRUINATA*, L. v. S., F. 96, Syn. Car. 1216, etiam Bethlehem obvia in Vite.
856. 113. *P. HYDRANGAEAE*, L. v. S., F. 98, Syn. Car. 1219, nondum Pennsylvania reperta.
- \*857. 114. *P. DAEDALEA*, L. v. S., in cortice *Lauri aestivalis*, rara Bethlehem.  
*P. crustacea*, insidens subiculo pulverulento crustaceo, crassiusculo, secedente, expanso in ligno ac cortice. Cupulis dense gregariis, majusculis sessilibus daedaleis, i. e. varie tortis et flexuosis, invicem adpressis, cum subiculo concolore, cinereo-pulverulentis. Disco fuligineo-cinereo.
- \*858. 115. *P. ARACHNOIDEA*, L. v. S., in lignis dejectis udis, Bethlehem  
*P. subiculo ex filis arachnoideis longe lateque expansis tenerrimis, intertextis, subcandido-cinereis. Cupulis pallido-aquosis, extus villosis-albis, minutissimis. Siccitate globoso-contractis fere imperceptibilibus.*
- \*859. 116. *P. CANDIDO-FULVA*, L. v. S., rara sed perpulchra in cortice Bethl.  
*P. subiculo araneoso satis denso, longe lateque effuso, candidissimo, in quo sparsae apparent cupulae 1—2 lineares, elegantissime fulvae, extus pilis brevibus subfasciculatis fusco-fulvis ornatae. Affinitatem cum P. fulvocana habet—sed differt subiculo.*

\*\* *Cupulis glabris.*

860. 117. *P. fusca*, F. 99, Syn. Car. 1217, et Bethl. freq.
861. 118. *P. sanguinea*, F. 102, Syn. Car. 1218, valde freq. Bethl.
- \*862. 119. *P. SUBICULATA*, L. v. S., passim in ramis dejectis Bethl.  
*P. subiculo crasso, tomentoso, effuso cinereo-fusco, densissime intertexto. Cupulis glabris, marginatis et fibris quasi radicanibus, albis, sub nudo margine radiatim expansis, subiculo affixis; majusculis in ambitu mire lobato-undulatis, tri-linearibus; disco ochraceo.*
- \*863. 120. *P. GRISEO-PULVERACEA*, L. v. S., affinis priori—locis similibus inventa, Bethl.  
*P. subiculo araneoso multo tenuiori griseo. Cupulis minoribus, extus nigris, margine tumidulo non lobato, griseo-pulverulento; disco ochraceo etiam pulverulento.*
- \*864. 121. *P. MOLLISIAE-OIDES*, L. v. S., locis iisdem cum prioribus Bethl.  
*P. subiculo tenui, tomentum byssinum effusum referente, nigrofuscescente. Cupulis sparsis subdiaphanis, omnino P. mollisiam referentibus, tenerrimis, majusculis, nullimodo extus villosis sed subrugosis, cinereis statu madefacto sicco autem nigris. Disco concolore.*
- \*865. 122. *P. DISCINCOLA*, L. v. S., in disco caesi trunci ad ligna. Subaffinis *P. anomalae*, Bethl.  
*P. minuta aggregata, in subiculo tenuissimo albescenti. Cupulis turbinatis, substipitatis, laxe stipitatis,*

pallide ferrugineis, extus tamen omnino tectis pilis albido-cinereis, pulverulentis; primo conniventibus, demum irregulariter expansis. Disco pallido.

\*866. 123. *P. MEGALOMA*, L. v. S., in lignis putridis passim Bethl.

*P.* subicūlo late effuso, atro, contexto ex filis crassiusculis. Cupulis majusculis, elevatis, subtundis, ceraceis, ex lutescente abidibus, margine crasso involuto subrependo. Disco cinereo. Extus cupulis glabris aut subfurfuraceis.

#### Trib. 4. FIBRINA.

\*867. 124. *P. elatina*, F. 106, rara in Pino canadens. Salem.

868. 125. *P. bolaris*, F. 107, Syn. Car. 1221, et. Bethlehem.

869. 126. *P. ROSEO-ALBA*, L. v. S., F. 113, Syn. Car. 1244, et. Bethlehem.

\*870. 127. *P. ceracella*, F. 114, rara in cortice, Bethlehem.

\*871. 128. *P. phacidioides*, F. 116, ad stipites rara, Bethl.

872. 129. *P. CHLORA*, L. v. S., F. p. 115, b. Syn. Car. 1235. Species ex optimis—frequens occurrit in interioribus truncis, maxime gregaria, et aetate nigrescit, saepe 1—2 lin. diametro. Etiam Pennsylv.

\*873. 130. *P. CHLORASCENS*, L. v. S., affinis priori sed major et colore alieno, locis similibus sed rarius occurrit, Bethl.

*P.* majuscula (3—4 linearis) gregaria, sicca valde contorta, sessilis aut brevius stipitata; extus floccosa fibrosa, nigra aut nigrofusca statu sicciori—madefacta autem aeruginosa. Disco lato chlorascenti aut luteo-viridi, demum subpulverulento.

\*874. 131. *P. SOLITARIA*, L. v. S., rarissime insidens stipitibus tenerrimis Bethl.

*P.* sessilis; solitaria, majuscula ad 3 lin. lata, applanata, firma, crassa, margine tumido obtuso glabro, colore chalybeo; disco undulatum inaequali. Cupula extus vestita fibris quibusdam paucis albescentibus.

\*875. 132. *P. MEMBRANATA*, L. v. S., rara, ad ligna dejecta, Bethlehem.

*P.* submembranacea, extus rugulosa fibris adpressis. Tota nigra, statu sicciori. E stipite longiusculo abiens in cupulam tubaeformem, irregulariter limbo lobatam, intus cinerascens. Statu madido—tota Peziza cinerascit. Affinis *Merulio* aut pot. *Cantharella fissili*.

\*876. 133. *P. TORTA*, L. v. S., affinis *P. bolari*. Rara obvia lignis vetustis, Salem.

*P.* subfasciculata, aut sparsa; stipite crasso sulcato, torto ferrugineo-fusco aequae ac cupula extus. Disco explanato undulato, immarginato, aeruginoso-viridi, pulverulento. Substantia demum subcoriacea. Totus fungus a 4 lineas latus et altus.

\*877. 134. *P. ASCOBOLOIDEA*, L. v. S., in rimis corticis *Vitis labruscae*, &c. Bethlehem.

*P.* minutissima, sparsa, extus fibrosa, candida, turbinata carne, sed vix stipitata. Disco subcarneo quasi ascis ascoboloideis punctato, subconvexulo, siccitate clauso. Vix semilineam excedit.

\*878. 135. *P. LENTAGINIS*, L. v. S., in ramis *Viburni Lentaginis*, Hope, Jersey, vulgata.

*P.* gregaria, sed sparsim, brevistipitata, stipite tenuiusculo concolore. Cupula dilatata, extus tenuissime fibrosa badia, subpulverulenta. Disco rotundo aut flexuoso marginato, pallide fusco badio. Tota 1—2 linearis.

\*879. 136. *P. OPULIFOLIAE*, L. v. S., frequens in emortuis ramis, *Spiraeae opulifol.* Bethl.

*P.* sessilis, sparsa, egloboso-turbinata, regularis, margine tumido inflexo; brunnea, extus fibroso-striata, margine albescenti. Disco pallido. Diametro 1 lineari. Copiosim provenit in ramulis.

\*880. 137. *P. VIXVISIBILIS*, L. v. S., in fibris interioribus *Corticis Castaneae* Bethl.

*P.* minutissima, subfasciculatim proveniens circum *Sphaeronema parabolicum* in eisdem fibris crescentem; fusca, subfibrillosa, obconica, abiens in stipitem brevem, margine albo pruinoso involuto. Disco cinereo-fusco ascigero. Ore semper contracto. Vix nisi per lentem detegenda.

### Series 3. *Phialea*.

#### Trib. 1. HYMENOSCYPHAE.

##### † *Ciborioideae*.

\*881. 138. *P. echinophila*, F. n. 4, in involcuris *Castan.* Bethl.

882. 139. *P. firma*, F. n. 1, Syn. Car. 1222, et. Bethl.

\*883. 140. *P. fructigena*, F. 5, in *Juglandium fruct.*, Bethl.

884. 141. *P. serotina*, F. 6, Syn. Car. 1225, non in Pennsylv.

885. 142. *P. lutescens*, F. 8, Syn. Car. 1228, foliis, et. Bethl.  
 \*886. 143. *P. pyriformis*, F. 13, Salem in muscis rarissima.  
 \*887. 144. *P. clavata*, F. 16, Bethl. freq. in cortice Robiniae.  
 888. 145. *P. cyathoides*, F. 21, Syn. Car. 1227, passim etiam in caulibus, Bethlehem.  
 889. 146. *P. coronata*, F. 9, rarissima, obvia tamen Salem ac Bethl. in stipitibus.  
 \*890. 147. *P. striata*, F. 15, ad caules Bethl.  
 \*891. 148. *P. campanula*, F. 19, in caulibus Umbellatarum, jam Salem et Bethl.  
 \*892. 149. *P. Capula*, F. 20, ad dejectos stipites Bethl.  
 \*893. 150. *P. Perula*, F. 23, ad stipites Bethl.

†† *Volutelleae.*

- \*894. 151. *P. vaccinea*, F. 27, ad fimum rarius obvia.

Trib. 2. CALYCINAE.

† *Calyculae.*

895. 152. *P. Buccina*, F. 35, Syn. Car. 1223, rara etiam Bethl.  
 \*896. 153. *CROCEA*, L. v. S., ex New York communicavit Dr. Torrey.  
*P. subcorneo-indurata*, crocea, fasciculata, stipite crasso sulcato incurvo. Cupula varie contorta et lobata, margine obtuso subflexuoso. Altitudine  $\frac{1}{4}$  unciali. Cupula diametro bilineari.  
 \*897. 154. *P. Phiala*, F. 36, ramulis et stipitibus, Bethl.  
 \*898. 155. *P. Calyculus*, F. 37, rara var. infundibuliformis ad ligna Bethl.  
 899. 156. *P. aeruginosa*, F. 39, Syn. Car. 1230. Vulgatissima et interdum maxima Bethlehem.  
 \*900. 157. *P. versiformis*, F. 40, Bethl. in salicinis truncis.  
 \*901. 158. *P. Aspegrenii*, F. 41, Bethlehem ad ligna.  
 902. 159. *P. citrina*, F. 43, Syn. Car. 1231. Vulgatissima et maxima Bethl.  
 \*903. 160. *P. CONFLUENS*, L. v. S., affinis priori, sed multo major passim Bethl.  
*P. majuscula*, saepe plagis uncialibus et ultra confluentis, ita ut cupulae confluentes quasi membranam efficiunt. Stipitibus crassiusculis, brevibus albescentibus cum cupulis ad basin, ceterum vivide citrinis, subtus pallidioribus.  
 904. 161. *P. pallescens*, F. 44, Syn. Car. 1232, et. Bethl. optime in caulibus Pastinacarum basin versus.  
 905. 162. *P. nigripes*, F. 45, Syn. Car. 1226, etiam Pennsylv.  
 \*906. 163. *P. chionaea*, F. 44, b. optima Nazareth ad ligna.

†† *Lenticulares.*

907. 164. *P. lenticularis*, F. 46, Syn. Car. 1236, et. Bethl.  
 \*908. 165. *P. salicella*, F. 47, rarior, Hope, Jersey.  
 \*909. 166. *P. tricolor*, F. 49, Bethlehem in truncis rara.  
 \*910. 167. *P. ferruginea*, F. 51, Salem in trunci disco.  
 \*911. 168. *P. disciformis*, F. 52, rarissima ad truncos, Bethl.  
 \*912. 169. *P. cupressina*, F. 54, ad folia et ramulos Juniperi virginicae dejectae Bethlehem passim.  
 \*913. 170. *P. imberbis*, F. 57, rarior ad ligna Bethl.  
 914. 171. *P. herbarum*, F. 58, Syn. Car. 1233, et. Bethlehem vulg.  
 \*915. 172. *P. faginea*, F. 59, rarissima in foliis Bethl.  
 916. 173. *P. epiphylla*, F. 60, Syn. Car. 1243, Salem ac Pennsylvania.  
 \*917. 174. *P. luteovirens*, F. 48, ad ligna Bethlehem.  
 \*918. 175. *P. Mougeotii*, F. 53, rara sed pulchra Bethl.  
 \*919. 176. *P. PASTINACAE*, L. v. S., in caulibus exsiccatis duris Pastinacae Bethl.  
*P. minuta*, stipite brevissimo crasso, interdum sessilis; cupulis sparsis apertis, margine tumidulo obtuso albescenti luteo. Disco subconvexulo rufo lutescente. Affinis *P. herbarum*.  
 \*920. 177. *P. LEGUMINUM*, L. v. S., rara sed distincta species sparsis in leguminibus, Bignoniae Catalpae et radicantis, Bethl.  
*P. minuta*, sparsa, emergens, globosa, ceracea, sessilis, glabra, rufa. Disco excavato concolori, margine albescenti. Punctiformis apparet.

## Trib. 3. MOLLISIA.

† *Claviformes*.

- \*921. 178. *P. conigena*, F. 65, conis Pinorum prope Philad.  
 \*922. 179. *P. flavovirens*, F. 66, rara in putrido ligno Bethl.

†† *Udae*.

923. 180. *P. chrysocoma*, F. 67, Syn. Car. 1159, aurea, et. Bethl.  
 \*924. 181. *P. lilacina*, F. 68, non rara Bethlehem.  
 925. 182. *P. vinoso*, F. 69, Syn. Car. 1160, passim et. Bethl.  
 926. 183. *P. rubella*, F. 70, Syn. Car. 1162, freq. et. Bethl.  
 927. 184. *P. atrovirens*, F. 71, Syn. Car. 1163, freq. ibidem.  
 \*928. 185. *P. olivacea*, F. 73, nostra occurrit in terra juxta truncos.  
 929. 186. *P. uda*, F. 74, Syn. Car. 1157, freq. ubique.  
 930. 187. *P. cinerea*, F. 75, Syn. Car. 1158, vulgatissima.  
 \*931. 188. *P. pusilla*, F. 76, rarior ad truncos Bethlehem.  
 \*932. 189. *P. Pteridis*, F. 79, passim ad stipites Pteridis aquif. Bethlehem.  
 \*933. 190. *P. axillaris*, F. 83, in axillis muscorum; Clariss. Torrey ex New York communicavit.  
 \*934. 191. *P. sanguinolenta*, F. 84, non rara lignis Bethl.  
 \*935. 192. *P. xanthostigma*, F. 86, in vetustis lignis Bethl.  
 \*936. 193. *P. vulgaris*, F. 88, ad cortices putrid. Bethl.  
 \*937. 194. *P. livido-fusca*, F. 90, rarior in fragmentis corticis dejectis Bethlehem.  
 \*938. 195. *P. dilutella*, F. 91, rara obvia Bethl. locis suis.  
 \*939. 196. *P. atrata*, F. 92, passim in exaridis lignis Bethl.  
 \*940. 197. *P. leucostigma*, F. 87, ligno cariosissimo Nazareth.  
 \*941. 198. *P. dentata*, F. 89, in ligno materie viridi oblecto, Bethlehem et alibi.  
 \*942. 199. *P. CONCHELLA*, L. v. S., ad ramos dejectos Mori albae Bethlehem.  
 P. minutissima, conchiformis, sessilis, subpellucide rubra, sicca, connivens, margine acuto.  
 \*943. 200. *P. CRUENTA*, L. v. S., in cortice ramorum passim Bethl.  
 P. minuta, sparsa, sessilis, applanata, cruenta, subpellucida, margine elevato albidulo crenulato, aut pruina adperso. Disco concavo. Forma totius fungi orbiculata, vix semilineam excedens.  
 \*944. 201. *P. CITRINELLA*, L. v. S., in lignis cariosissimis salicinis Bethlehem.  
 P. gregaria ac sparsa, minuta, sessilis, junior subglobosa, demum explanata, semper margine crassiusculo obtuso distincta, varie flexuoso et linea albida notato. Ceterum unicolor citrinella—affinis *P. chrysocomae*.  
 \*945. 202. *P. RUFULA*, L. v. S., satis affinis *P. rubellae*, sed major, ac minus tremellosa. Bethlehem lignis.  
 P. basi affixa, margine crasso subalbescente, ceterum e rubro rufa. Disco impresso, quasi umbilicato, limbo interdum undulato, plerumque regulariter orbicularis.

## Trib. 4. PATELLEAE.

- \*946. 203. *P. melaxantha*, F. 97, passim Bethlehem.  
 947. 204. *P. melaleuca*, F. 88, Syn. Car. leucomela, 1247, et. Bethl.  
 \*948. 205. *P. lignyota*, F. 100, rarior lignis Bethlehem.  
 \*949. 206. *P. difformis*, F. 101, Nostra videtur major Friesii, in disco antiquo Salicis Bethlehem.  
 \*950. 207. *P. viticola*, F. 102, rarior Bethl. in Vite.  
 \*951. 208. *P. lecideola*, F. 103, passim Bethlehem obvia.  
 \*952. 209. *P. connivens*, F. 104, in frustulis dejectis, Bethl.  
 \*953. 210. *P. compressa*, F. 105, in fragmentis ligni caesi ad terram dejectis Bethlehem freq.  
 \*954. 211. *P. flexella*, F. 107, ad varia ligna cariosa Bethlehem.  
 \*955. 212. *P. GLANDICOLA*, L. v. S., gregatim provenit et subseriatim in glandibus putridis, Bethl.  
 P. minuta, nigrofusca, subcaespitosa et fasciculata, sessilis, margine plicato inflexo; disco concavo glabro. Quasi zonatim glandes circumdant greges densissimae hujus pezizulae, quae cupulis valde variant, difformibus saepe flexuosis et conniventibus. Disco interdum griseo-pulveraceo.  
 \*956. 213. *P. PHILADELPHI*, L. v. S., in ramulis Philadelphi inodori culti in hortis Bethlehem.

*P. cupulis sessilibus aut stipite papillaeformi praeditis; siccis subrotundis, sparsis, superficialiter epidermidi adnatis, extus ferrugineo lutescentibus, subpulverulentis, margine subprominulo. Disco demum convexo, punctato, umbrino,  $\frac{1}{2}$  lineari. Interdum cupuli aggregati occurrunt.*

#### Genus 24. ASCOBOLUS.

957. 1. *A. furfuraceus*, Fries. n. 3, Syn. Car. 1270, Carol.  
 958. 2. *A. glaber*, F. n. 7, Syn. Car., 1269, et. Bethl. in fimo.  
 \*959. 3. *A. immersus*, F. n. 8, non rarus in fimo Bethl.  
 \*960. 4. *A. CONGLOMERATUS*, L. v. S., in truncis quercinis mucidissimis copia ingenti aggregatus. Tam affinis *Hysterio rufescenti* nostro statu sicciori, ut vix distinguitur. Madido autem nil dissimilius.  
*A. cupulis sessilibus, majusculis, applanatis, varie flexuosis, saepissime aggregatis in caespitulis uncialibus. Disco cinereo carnosio-tremelloso, late aperto ad latitudinem 1—2 linearum, subtumidulo, ascis punctato-prominulis nigrioribus; margine tumido albescente. Siccio statu, valde mutatur, cupulis tum contractis, contortis, conniventibus, *Hysterium rufescentem* referentibus, disco toto nigro, margine albo, extus autem nigrescentibus. Ad ulnarem longitudinem confluunt caespites cupularum.*

#### Genus 25. BULGARIA.

- \*961. 1. *B. globosa*, F. 166, n. 1, Salem et Bethlehem rariter obvia.  
 962. 2. *B. inquinans*, F. n. 2, Syn. Car. Pez. 1153, copiosissime et interdum maxima invenitur Salem et Bethlehem. Praesertim vulgata in lignis caesis ad ignem destinatis.  
 963. 3. *B. sarcoides*, F. n. 5, Syn. Car. Pez. 1156, freq. et. Bethlehem in Betula.  
 \*964. 4. *B. RUFA*, L. v. S., in ligno putrido Bethlehem hunc fungum rarius, sed tum maxima copia inveni.  
*B. magnitudine et substantia indoleque omnino B. inquinantis: forma autem magis Pezizoidea, breviter stipitata. Junioribus subturbinatis aut obovatis, clausis, vix autem velatis. Mox cupula dilatatur, margine undulato repando, disco, ascophoro, eleganter rufo. Extus umbrino-fusca, venoso-rugulosa, strigoso-pilosa, pilis tamen breviusculis. Statu madido attinet diametrum 2—3 uncialem, et colore laeto inter folia putrida oculos allicit; in sicco cornea et indurata sit mox autem reviviscens. Incrementum more B. inquinatae lignis, putridioribus tamen, inter folia defossis.*

### Tribus 3. CLAVICULARES.

#### Genus 26. VIBRISSEA.

965. 1. *V. TRUNCORUM*, F. p. 31, Syn. Car. 1121. *Leotia*, L. v. S., solummodo Carolina obvia.

#### Genus 27. SAREA. Fries. Sys. Veg. p. 86.

966. 1. *S. aurea*, F. II. p. 156, Helotium, n. 3, Syn. Car. 1272, elegans. Nondum Pennsylvania obvia.  
 967. 2. *S. acicularis*, F. n. 4, Syn. Car. 1271, et. Bethlehem in cortice.  
 968. 3. *S. fimetaria*, F. n. 5, Syn. Car. 1273, et. Bethlehem rarius locis similibus.  
 \*969. 4. *S. subtilis*, F. n. 6, rarius. Bethl., Philad.  
 \*970. 5. *S. pithya*, F. n. 1, in ligno et ramulis Pini canadensis, major et magis applanata quam Europaea species sed omnino eadem, Plainfield, Pennsylvania.  
 \*971. 6. *S. BRASSICAECOLA*, L. v. S., in caulibus vetustis Brassicarum induratis Bethl.  
*S. gregaria, gregibus vastis, minuta, propullans inter fibros caulis. Stipite albo pulverulento, basi incrassato. Capitulo rufo-aurantio, convexo, in cupulam e stipitis apice dilatato, demum disco applanato et manifestum marginato.*

## Genus 28. VOLUTELLA. Fries. Veg. Sys. et Mycol. p. 173.

Fungus pulcherrimus, passim occurrens in foliis semivivis Quercinis Bethlehem, jam describendus diu nos exercuit ubi sit locandus. Nunc certior factus sum longa observatione eum huc pertinere. Nomine *Amphyphyto* multis a me communicatus est. V. QUERCINA, L. v. S.

- \*972. 1. V. Receptaculo corneo ceraceo-pezizaeformi, basi, stipitifirmi, brevissima, folio adnato, quae basis autem in patellulam marginatam extensa. Cupula varie formata, undulata, extus plicato-rugulosa, ceterum glabra, colore purpureo-rubro, diametro in junioribus lineari—in adultis interdum  $\frac{1}{2}$  unciali. Disco plerumque subumbonato. Totus fungus extus et quidem in disco, filis tenuissimis, cum pruina alba interspersis vestita, passim evanidis. Est quidem analogia cum *Epichyso* Todei. Crescit sparsim, sed plerumque multis speciminibus in eodem folio. Interdum fasciculatim. Substantia indurescit.

## Genus 29. DITIOLA.

- \*973. 1. *D. volvata*, F. p. 171, n. 3, ex Nova Anglia Torrey communicavit.  
\*974. 2. *D. sulcata*, F. n. 4, in rimis corticis Vitis, etiam ex Nova Anglia Torrey.

## Tribus 4. STICTEI.

## Genus 30. STICTIS.

1. *Stictis Corticiae*.

- \*975. 1. *S. ocellata*, F. 193, n. 3. Bethlehem rara.  
\*976. 2. *S. Pupula*, F. n. 4, in ramis salicinis Bethl.  
\*977. 3. *S. sphaeralis*, F. n. 5, rara in Fraxino Bethl.  
\*978. 4. *S. chrysophaea*, F. n. 6, in ramulis decorticatis Bethl.  
\*979. 5. *S. tenuis*, F. n. 9, Carolina a me Friesio missa.  
\*980. 6. *S. radiata*, F. n. 7, Bethlehem in Corni sericeae cort.  
\*981. 7. *S. pelvicula*, F. n. 10, in ram. Ribis florid. Bethl.  
\*982. 8. *S. pallida*, F. n. 11, in lignis vetustis sepium Sal. et Bethl.  
\*983. 9. *S. hemisphaerica*, F. n. 12, in ligno pineo Pennsylv.  
\*984. 10. *S. HYDRANGAEAE*, L. v. S., valde vulgata in ramulis emortuis Hydrangeae, Bethlehem et Salem.

S. omnino affinis *S. radiatae*, a qua magnitudine multo majori et disco globoso elevato distinguitur.

- \*985. 11. *S. RUBI*, L. v. S., in antiquissimis caulibus Rubi villosi Bethl.  
S. subimmersa, erumpens cum epidermide, verrucae ad instar, arcte cincta ab epidermide; verruca orbiculata. Limbo albopulveraceo, plicatim inflexo, facilliter detergibili. Disco excavato nigrescente.  
\*986. 12. *S. FIMBRIATA*, L. v. S., ad latus interior squamarum Strobili Pini inopis juxta Kaign's Point, Philadelphia.  
S. immersa, suberumpens, disco tremelloso ceraceo orbiculari, subconvexo, pruinoso, cinereo, limbo candidissimo prominente eleganter fimbriato-fisso. Aecidium exacte refert. Gregatim provenit. Siccitate subclausa.  
\*987. 13. *S. CAULINCOLA*, L. v. S., sub epidermide caulium majorum; primum tecta demum erumpens, Bethlehem.  
S. minuta, atra, et circumcirca nigrificans, exacte orbiculata aut urceolata, solummodo ore rotundo, margine spurio cinerascens cincto, prorumpens.  
\*988. 14. *S. UMBELLATARUM*, L. v. S., vulgaris in caulibus Pastinacae Bethl. Affinis *radiatae*.  
S. sparsa, gregibus tamen vastis caules occupans, immersa, ore pulverulento sublacero valde prominulo albo. Disco ime excavato pallido. Multo minor *S. radiatae* et margine vix manifestim radiato.



- \*989. 15. *S. CERACEA*, L. v. S., in caulibus passim, Bethl.  
S. sparsa aut collecta in maculo exalbescente, immersa. Disco ceraceo albido saepe regulari. Limbo non pulverulento sed crassiusculo albo.
- \*990. 16. *S. STELLA*, L. v. S., in ramis ignotis ligno immersa, Bethl.  
S. ime immersa, disco nigro urceolato, minuta, limbo albo stellatim fisso, valde prominente: laciniis 3—4 stellatim reflexis, pulvere obtectis.
- \*991. 17. *S. LIGUSTRI*, L. v. S., in ramulis Ligustri, Bethlehem, affinis *S. Lecanorae*.  
S. sparsa erumpens, carnosio-tremellosa, patellaeformis, primum nigrescens, demum quasi lutescens in ligno. Margine elevato sublacero—et disco quasi pruinoso.
- \*992. 18. *S. PHILADELPHI*, L. v. S., in ramulis tenerrimis *P. inodori*, Bethlehem hortis.  
S. erumpens, orbicularis, disco subceraceo tremellosa, omnino pulvere cinereo obtecto, magis in ambitu aggregato efficiens limbum crassiusculum.

2. *Xylographa*.

- \*993. 19. *S. parallela*, F. n. 14, in omni ligno vetusto, praesertim saepium nostr., "fence rails" dictorum, Bethl. et Salem.
- \*994. 20. *S. stictica*, F. n. 15, in canescente ligno Bethlehem.

3. *Propolis*.

- \*995. 21. *S. farinosa*, F. n. 16, vulgata in disco truncorum caesorum Bethlehem.
- \*996. 22. *S. hysterina*, F. n. 20, in Querco Salem et Bethl.
- \*997. 23. *S. PROMINULA*, L. v. S., in ipso libro ramentarum *Vitis emortuae* Bethl.  
S. majuscula, valde prominens, primum immersa, demum fere libera aut superficialis, disco ime excavato albido-pallido, limbo valde dilatato, vix lacerato, sed saepe irregulari pluribus quasi in unum confluentibus.
- \*998. 24. *S. versicolor*, F. n. 17, in iisdem lignis cum *Ascobolo* nostro conglomerato, Bethlehem.
999. 25. *S. HYSSORI*, L. v. S., in caulibus *H. nepetoidis*, Bethl.  
S. ime immersa, minuta, urceolata, ore contracto, limbo albo-pulverulento, in radios patentes diviso. Hymenio lutescenti, demum quasi libero in cavitate. Distinguitur ore contracto.

## Genus 31. SOLENIA.

1000. 1. *S. fasciculata*, F. p. 206, n. 1, Syn. Car. *incana*, n. 1266. Salem et Bethlehem.
- \*1001. 2. *S. candida*, F. n. 2, rarius Bethlehem.
- \*1002. 3. *S. villosa*, F. n. 3, freq. in lignis Bethlehem.
- \*1003. 4. *S. ochracea*, F. n. 4, Syn. Car. 1267 et 1268, urceolata—quae mera varietas. Frequens ambo varietates et. Bethl.

## ORDO III. CLAVATI.

## SUBORDO I. PILEOLATI.

## Genus 32. HERICIUM.

Huc pertinet *Hydnum (Gomphum) Caput Medusae* jam recensitum—non infrequens Bethl. n. 532 supra.

## Genus 33. SPARASSIS.

- \*1004. 1. *S. crispa*, F. I. p. 465, in horto Bartramii prope Philadelphiam sub maximis arboribus Cupressorum et Pinorum, exacte cum fungo lusatico convenientem inveni.

1005. 2. *S. SPATHULATA*, F. Sys. Veg. p. 89, Syn. Car. 1070, sub nomine *M. spathulatae*. Sine ullo dubio congenera prioris et Bethlehem quanquam rarissime obvia. Elench. F. p. 227, n. 2.

## SUBORDO II. MITRULINI.

## Genus 34. SPATHULEA. Sys. Veg. 88, Spathularia.

- \*1006. 1. *S. flavida*, F. I. p. 491. In terra lignosa truncorum montis Pocono. Etiam ex New York. Variat clavula ime rufa.

## Genus 35. MITRULA.

1007. 1. *M. paludosa*, F. 491. Leotia Ludwigii et Bulliardi, Syn. Car. 1117—1118, etiam freq. iisdem locis Bethlehem.  
 \*1068. 2. *M. INFLATA*, L. v. S., Elench. F. p. 234, n. 3, valde memorabilis gregibus vastis occupat ramulos dejectos rarissime Salem.  
 1069. 3. *M. EXIGUA*, L. v. S., Syn. Car. 1119, et Elench. Fries. p. 235, rara Salem.

## Genus 36. GEOGLOSSUM.

1008. 1. *G. glabrum*, F. 488, n. 2, Syn. Car. 1115, nondum Pennsylvania.  
 1009. 2. *G. hirsutum*, F. n. 1, Syn. Car. 1114, nondum in Pennsylv.  
 1010. 3. *G. FABINACEUM*, L. v. S., Syn. Car. 1116, nondum repertum in Pennsylv.  
 \*1011. 4. *G. RUFUM*, L. v. S., ex Hope, New Jersey, communicavit Dr Kampman.  
*G. terrestre*, glabrum, rufum, stipite tenuiori, clavula multo crassior, et color clavulae rufior, apice obtuso inaequali. Subrgosum. Unciam longitudine excedens.

## SUBORDO III. CLAVULATI.

## Genus 37. CLAVARIA.

## Trib. 1. BOTRYOIDEAE.

1012. 1. *C. Botrytis*, F. 466, n. 1, Syn. Car. 1075, et. Bethl. freq.  
 1013. 2. *C. formosa*, n. 2, Syn. Car. 1072, et. Bethlehem.  
 1014. 3. *C. flava*, F. n. 3, Syn. Car. 1073, frequens, et. Pennsylv.  
 1015. 4. *C. grisea*, F. n. 6, Syn. Car. 1074, nondum Pennsylv.  
 \*1016. 5. *C. spinulosa*, F. n. 7, quibusdam annis freq. Bethl.

## Trib. 2. RAMARIAE.

1017. 6. *C. stricta*, F. n. 8, Syn. Car. 1076, rarior Salem.  
 1018. 7. *C. palmata*, F. n. 9, Syn. Car. 1077, etiam Bethl.  
 1019. 8. *C. abietina*, F. n. 11, Syn. Car. 1078, rarior et. Pennsylv.  
 1020. 9. *C. pyxidata*, F. n. 13, Syn. Car. 1079, vulgaris Bethl.  
 \*1021. 10. *C. apiculata*, F. 12, Menango Chunk, Jersey, inventa.  
 1022. 11. *C. pratensis*, F. 15, Syn. Car. 1081, nondum Pennsylv.  
 1023. 12. *C. corniculata*, F. 16, Syn. Car. 1080, non in Pennsylv.  
 \*1024. 13. *C. crispula*, F. 14, inter muscos rarior Bethl., olim nobis *C. epiphylla*, Bethl.  
 \*1025. 14. *C. crocea*, F. 18, rarissime Bethl.  
 \*1026. 15. *C. tenacella*, F. 20, Salem solummodo inventa.

- \*1027. 16. *C. virgata*, F. 21, ex New York missa Torrey.  
 1028. 17. *C. cristata*, F. 22, Syn. Car. 1082 et 1083, et. Bethl.  
 1029. 18. *C. rugosa*, F. 23, Syn. Car. 1088, etiam Pennsylv.  
 1030. 19. *C. macropus*, F. 26, Syn. Car. 1086, nondum Bethl.  
 \*1031. 20. *C. Kunzei*, F. 25, rara Bethl. obvia.  
 1032. 21. *C. gracilis*, F. 27, Syn. Car. 1085, et. Pennsylv.  
 1033. 22. *C. subtilis*, F. 28, Syn. Car. 1084, et. Bethl.  
 1034. 23. *C. byssiseda*, F. 29, Syn. Car. 1087, et. Bethl.  
 1035. 24. *C. TETRAGONA*, L. v. S., Syn. Car. 1090, et. Bethl.  
 1036. 25. *C. mucida*, F. 30, Syn. Car. 1091, passim Pennsylv.  
 \*1037. 26. *C. fuliginea*, Pers. rarior Salem.  
 \*1038. 27. *C. TENUIS*, L. v. S., in muscis nobis ex New York missis.  
 C. sparsim ex ligno proveniens, fere simplex, affinis *C. mucidae*, et tantum rarius apice furcato.  
 Ceterum tenuis,  $\frac{1}{4}$  unciali longitudine, pallida aut alba, gracilis.  
 \*1039. 28. *C. COMPRESSA*, L. v. S., distinctissima species, Dr Kampman ex New Jersey communicavit.  
 C. majuscula, 2—3 uncias longa, ex ipsa basi crassiuscula vage ramosa, ramis crassis non valde divisis,  
 complanato compressis, quasi canaliculatis, apice obtusatis, deorsim-attenuatis. Flavо-alutacea.  
 \*1040. 29. *C. SUBCORTICALIS*, L. v. S., rarissime sub cortice reperta monte Menango chunk, Jersey.  
 C. uncialis, caule brevi tenuiori, ramoso-dilatata, ramis subdivaricatis furcatis, compressulis; alutaceo-  
 alba, valde pulverulenta, et subvillosa. Apicibus ramorum acutis. Cornu cervinum aemulat.  
 \*1041. 30. *C. CORONATA*, L. v. S., in ligno putrido dejecto Bethlehem.  
 C. lignatilis, jam e basi divisa, ramosissima; ramis primordialibus divergentibus demum complanatis  
 aut angulatis compressis, apicibus adhuc divergentioribus truncato-obtusis, in ipsa truncatura coro-  
 natis processibus minutis circumcirca Cladoniae more. Substantia subtenaci. Ramis omnibus  
 madido statu quasi subdiaphanis et subviscosis, substriatis; exsiccata autem non cornea fit. Medi-  
 ocri magnitudine. Colore pallido-cervino.  
 \*1042. 31. *C. SULPHURASCENS*, L. v. S., aestate inter folia putrescentia, Bethl.  
 C. delicatula, semiunciali altitudine. Caule aut stipite tereti, basi incrassata, albo-pruinosa; apice  
 ramosa, ramis subfastigiatis teretibus, ramulis breviusculis corniculatis acutis. Radiculis byssoideis  
 foliis insidens. Color totius fungi, e sulphureo-subfuligineus.  
 \*1043. 32. *C. TENAX*, L. v. S., ad terram nudam in Insula Lehigh prope Bethl.  
 C. fasciculata, substantia tenacissima, demum subcornea, e basi jam ramoso-divisa, ramis compressis,  
 apice fere in membranam dilatatis, ramulis minutis irregulariter prominentibus et inde fimbriatis.  
 Colore alutaceo-rufo. Uncialem altitudinem non excedit.  
 \*1044. 33. *C. MERISMATOIDES*, L. v. S., cum priori ad terram nudam.  
 C. caulescens, caule varietorto, brevi, et fere a basi diviso in ramos numerosos strictos, tereti-angulatos  
 tenues, fastigiatos. Apice ramis dilatato subfimbriatis. Substantia tenacissima. Colore uniformi  
 pallido lutescente. Uncialis aut biuncialis.
- Trib. 3. CORYNOIDEAE.
1045. 34. *C. GIGANTEA*, L. v. S., Syn. Car. 1112, Elench. Fries. pag. 231. Etiam frequens Penn-  
 sylvania. Abnormis—an novum Genus? Structura interna fibrosa, stipites Agaricorum in animam  
 revocans. Interdum plagas occupat densas 3—4 pedes diametro in vicinitate truncorum inter  
 radices subdenudatas.  
 1046. 35. *C. pistillaris*, F. n. 31, Syn. Car. 1095, rara Pocono.  
 1047. 36. *C. ligula*, F. n. 32, Syn. Car. 1094, non in Pennsylv.  
 1048. 37. *C. VERNALIS*, L. v. S., Syn. Car. 1098, Vere et. Bethlehem.  
 1049. 38. *C. TRICHOMORPHA*, L. v. S., Syn. Car. 1099, et. Pennsylv.  
 \*1050. 39. *C. contorta*, F. 33, Torrey ex Massachusetts com.  
 1051. 40. *C. fusiformis*, F. 41, Syn. Car. 1101, et. Bethlehem.  
 1052. 41. *C. inaequalis*, F. 43, Syn. Car. 1102, Torrey etiam misit.  
 1053. 42. *C. angustata*, F. 44, Syn. Car. 1104, etiam ex Torrey.  
 \*1054. 43. *C. aurantiaca*, F. 46, ex Doctissimo Torrey com.  
 \*1055. 44. *C. argillacea*, F. 48, Salem nobis obvia.  
 1056. 45. *C. flavipes*, F. 49, Syn. Car. 1103, et. Pennsylv.

1057. 46. *C. fumosa*, F. 51, Syn. Car. 1105, nondum Pennsylv.  
 \*1058. 47. *C. nigrita*, F. 52, rara Bethlehem.  
 1059. 48. *C. fragilis*, F. 55, Syn. Car. *eburnea* 1106.  
 1060. 49. *C. falcata*, F. 57, Syn. Car. 1107, et. Pennsylv.  
 \*1061. 50. *C. vermicularis*, F. 54, Salem rara ad terram.  
 \*1062. 51. *C. AURANTIO-CINNABARINA*, L. v. S., locis terrae nudae ad ripas Lehigh in Rhododendretis. C. terrestris ad radices tamen arborum, simplex, carnosa, subtenax, fasciculatim proveniens, seriebus saepe elongatis, multiformis, varians a junioribus 3 linearibus ad triunciales adultas altitudine. Deorsum attenuata, medio incrassata, apicem versus iterum attenuata. Clavulis aetate compressis, flexuosis, juventute teretibus. Basi albo-pulverulenta aut pruinata et subbyssacea. Ceterum gaudet colore ex aurantio in cinnabarinum vergenti. Majoribus clavulis interdum  $\frac{1}{4}$  uncialibus crassitie; apice semper obtusiusculo.

## Genus 38. TYPHULA.

1063. 1. *T. gyrans*, F. p. 494, Syn. Car. 1113, rara, etiam Bethlehem ad stipites.  
 \*1064. 2. *T. MUCERDAE*, L. v. S., rarissima in mucerda Shamokin Pennsylv.  
*T. gregaria*, minuta, lineam non superans, albo-pallida, stipite gracili, glabro, clavula exacte ovata concolore. Tuberculo nullo.  
 \*1065. 3. *T. RAMEALIS*, L. v. S., rarissime in ramis Castaneis, Bethl.  
*T. minuta*, sparsa 1—2 linearis. Stipite brevi, glabro, badio-lutescente. Clavula subcylindrica, subfalcata interdum, attenuata, albido-citrina, subpulverulenta.  
 \*1066. 4. *T. villosa*, F. 495, n. 5, rarissime obvia, Bethlehem ad folia et stipites deject.

## Genus 39. PTERULA. Fries. Syst. Veget. p. 90.

1067. 1. *P. plumosa*, L. v. S., Syn. Car. 1089, etiam Bethlehem inter folia.

## SUBORDO IV. PISTILLARINI.

## Genus 40. CALOCERA.

1068 et 1069, vide sub *Mitruia*—omissa.

1070. 1. *C. viscosa*, F. p. 486 et 487, n. 1, Salem rara.  
 \*1071. 2. *C. furcata*, F. 4, Salem et Bethl. in truncis.  
 1072. 3. *C. cornea*, F. n. 5, Syn. Car. 1092, et. Bethlehem.  
 1073. 4. *C. glossoides*, F. n. 6, Syn. Car. 1093, et. Bethl. freq.  
 \*1074. 5. *C. FILIPES*, L. v. S., ex ligno dejecto gregatim propullans, Salem.  
*C. simplex*, 2—3 lin. alta, clavula cinereo-nigra cornea basi nigricanti subpilosa, ceterum compresso-glossoides. Vegetans colore pallide fuligineo. Apice attenuato.  
 \*1075. 6. *C. FASCICULATA*, L. v. S., abnormis, minuta, in Hymenio *Daedaleae*, Bethl.  
*C. minutissima*, fasciculatim prorumpens, sed clavulis simplicibus vermicularibus, aureofulvis, flexuosis, tenacibus stipitem versus nigricantibus. Semilinearis. Substantia ceterorum.

## Genus 41. CRINULA.

- \*1076. 1. *C. caliciiiformis*, F. p. 403, rara obvia in cortice Robiniae Bethlehem dejecto.

## Genus 42. PISTILLARIA.

1077. 1. *P. micans*, F. 497, n. 1, Syn. Car. 1108, non Penns.  
 1078. 2. *P. ovata*, n. 2, F., Salem et Bethl.  
 \*1079. 3. *P. quisquiliaris*, F. 3, ad stipites Bethlehem.  
 \*1080. 4. *P. muscicola*, F. 4, in muscis hypnoideis, Salem rarissime.

## ORDO IV. TREMELLINI.

## SUBORDO I. PILEOLARES.

## Genus 43. HELOTIUM.

- \*1081. 1. *H. umbonatum*, F. var. *epiphylla*, in foliis putridis Salem ; faciliter perit.

## Genus 44. CYPHELLA.

- \*1082. 1. *C. lacera*, F. 202, n. 2, Vol. II. rarius Salem in laqueo vetusto.  
 \*1083. 2. *C. muscicola*, F. n. 3, immuscis ad terram Philad.  
 1084. 3. *C. PENDULA*, L. v. S., Carol. Syn. Carol. 1183, Peziza valde similis primo obtutu Sphaeriae pendulae.

## Genus 45. GUEPINIA. Syst. Veget. F. p. 92.

- \*1085. 1. *G. HELVELLOIDEA*, L. v. S. Fungus rarissimus, omnino sui generis, huc pertinere videtur. Mense Augusto obvius ad terram locis graminosis.  
*G. anomala*, subtremelloso-carnosa, intus gelatinosa et udo tempore quasi deliquescens, siccitate autem indurescens et cornea deveniens. Stipite cavo, sursum in pseudo-pileum irregulariter inflato-bulatum, rugoso venosum dilatato. Apicibus pluribus ramosis et corniculatis (semper cavis) obtusis. Hymenio externo manifestum sporidifero, totum fungum occupante. Altitudine statu vegeto 4—5 unciarum. Siccitate diminuitur. Colore aquoso-pallido.

## SUBORDO II. CUPULARES.

## Genus 46. LEMALIS. Syst. Veg. F. p. 93.

- \*1086. 1. *L. Betuli*, F. II. p. 193, Peziza Betuli, Salem et Bethl.  
 1087. 2. *L. OLIVACEO-VIRENS*, L. v. S., Syn. Car. Peziza 1234, solummodo Salem obvia, in truncis Bethl.  
 \*1088. 3. *L. pulla*, F. II. p. 160, n. 5, Bethlehem in asseribus.  
 1089. 4. *L. RUFO-OLIVACEA*, L. v. S., Syn. Car. 1220, Peziza nigro-olivacea ; Salem et Bethlehem differt. specificae a priori.  
 \*1090. 5. *L. QUERCINA*, L. v. S., in ramis quercis deorbatis, Bethl.  
*L. minor*, sparsa, sublibera, fusco-atra, subgelatinosa, ovata. Disco interdum subplicato, margine subinvoluta nigro, pulverulento nigro. Diametro 1—2 lineari.

## Genus 47. EXIDIA.

† *Auriculae*.

1091. 1. *E. Auricula Judae*, F. 221, n. 1, Syn. Car. 1136, et freq. Pennsylvania.  
 1092. 2. *E. auriformis*, L. v. S., Syn. Car. 1156, F. n. 4.  
 1093. 3. *E. recisa*, F. n. 5, Syn. Car. 1154, praesertim in Salicinis ramis, et. Bethl.  
 \*1094. 4. *E. truncata*, F. 6, in Pyro Malo Bethlehem.

†† *Glandulosae*.

1095. 5. *E. glandulosa*, F. 7, Syn. Car. 1135, vulgat. et. Pennsylv.  
 \*1096. 6. *E. saccharina*, F. 8, Bethl. in cortice Catalpae.  
 \*1097. 7. *E. repanda*, F. 9, in ramis Platani, Bethl.  
 \*1098. 8. *E. impressa*, F. 10, in ramo salicino, Bethl.  
 1099. 9. *E. crenata*, L. v. S., F. 11, Syn. Car. 1141, etiam occurrit in ramis Bethlehem.  
 \*1100. 10. *E. lurida*, L. v. S., passim occurrit in Ramis Celastris, Bethlehem.  
*E. effusa*, gyroso-plicata, lurida, orbiculata, crassiuscula. Sicca diminuta. Papillis raris adspersa.  
 \*1101. 11. *E. spiculata*, L. v. S., rarius in disco caeso truncorum Platani, Bethl.  
*E. adpressa*, effusa, crassiloba, verrucosa, rugulosa, olivaceo-virens, siccitate parum diminuta, sed colore tum nigro. Papillis frequentibus in superficie, margine in lobos minores obtusos diviso.  
 \*1102. 12. *E. applanata*, L. v. S., in interiori cortice Rhois glabri, Bethl.  
*E. applanato-expansa*, arcte adpressa, margine tantum sublibero, figura oblonga, satis crassula, 2—3 lin. longa; sicca atra, et quasi pulveraceo-furfuracea, rugis aut venis extus paucis notata. Papillis sparsis.

## SUBORDO III. TREMELLEI.

## Genus 48. TREMELLA.

† *Mesenteriformes*.

- \*1103. 1. *T. fimbriata*, F. p. 212, n. 2, passim Salem et Bethl.  
 1104. 2. *T. foliosa*, F. n. 4, Syn. Car. 1138, et. Bethl. freq.  
 \*1105. 3. *T. frondosa*, F. n. 3, truncis quercinis Bethl.  
 1106. 4. *T. lutescens*, F. n. 5, Syn. Car. 1130, vulgaris et. Pennsylv.  
 1107. 5. *T. aurantia*, L. v. S., Syn. Car. 1131, F. 6, etiam frequenter et maximis speciminibus Bethl. occurrit.  
 1108. 6. *T. mesenterica*, F. 7, Syn. Car. 1129, et. Bethlehem.

†† *Cerebrinae*.

- \*1109. 7. *T. albida*, F. 9, rarius ad varios truncos Bethl.  
 \*1110. 8. *T. intumescens*, F. 10, rara ad truncos Bethl.  
 1111. 9. *T. virens*, L. v. S., Syn. Car. 1134, F. 11, in Corni florid. ramis—nondum Pennsylv.  
 \*1112. 10. *T. crassiloba*, L. v. S., propullans ex ramis dejectis Bethlehem.  
*T. prorumpens*, constans ex lobis crassis carnosio-tremellosis subrotundatis et globoso-aggregatis albidis. Statu madido superficie quasi squamulosa; exsiccata nigra et pulverulenta.  
 \*1113. 11. *T. corrugata*, L. v. S., rarius in lignis et ramis Bethl.  
*T. caespitosa*, corrugata, lobis flaccidis tenuioribus, margine intumescens, venosis; nigropurpurascens colore. Sicca subsquamulosa. Unciali diametro.

††† *Coryne*.

1114. 12. *T. sarcoides*, F. n. 2, p. 217, Syn. Car. 1156, Pez. et Bethl.  
 \*1115. 13. *T. clavata*, F. n. 3, p. 218, rarius Bethl.  
 \*1116. 14. *T. unicolor*, F. n. 4, rarissime Bethl.

- \*1117. 15. *T. PALMATA*, L. v. S., forma et indole affinis *Canth. spathulariae*, n. 292, in ligno putrido Bethl.  
T. radicata, lignum penetrans radice tomentosa. Stipite compresso; palmatim expansa, subcornea sicca, elegantissime aurantia, subdiaphana, apice capituloso, gyroso plicato, compresso et dilatato: Capitulo cum stipite confluenta.

## Genus 49. NAEMATILIA.

1118. 1. *N. encephala*, F. p. 227, n. 1, Syn. Car. 1132, et. Pennsylv.  
\*1119. 2. *N. rubiformis*, F. n. 2, Specimina nostra majores demum nigrescunt. Bethlehem in ramis.  
1120. 3. *N. NUCLEATA*, L. v. S., Syn. Car. 1142, F. n. 3, vulgata est etiam in Pennsylvania. Saepe inventa membrana, siccitate inconspicua, triuncialiter expansa.

## Genus 50. DACRYMYCES.

1121. 1. *D. fragiformis*, F. p. 229, n. 1, rarior Syn. Car. 1147, etiam Bethl.  
1122. 2. *D. violaceus*, F. n. 3, Syn. Car. 1148, et. Bethlehem in ramis decorticatis Mali. Siccus niger.  
\*1123. 3. *D. virescens*, F. n. 4, in asseribus, Bethl.  
1124. 4. *D. stillatus*, F. n. 5, Syn. Car. 1149, abietina frequens ad ligna et Bethlehem.  
1125. 5. *D. lacrymalis*, Pers. et Syn. Car. 1150, videtur mihi omnino a priori colore ac indole distinctus. Freq. et. Bethlehem.  
\*1126. 6. *D. Syringae*, F. n. 6, rarior in ram. Syringae Bethl.  
\*1127. 7. *D. CINNABARINUS*, L. v. S., freq. in ramis salicinis Bethlehem, affinis priori.  
D. minor, prorumpens, epidermide arcte cinctus, primum convexus, demum concavus et subpezizaeformis, colore vivide cinnabarino, saepe confluens ac gregibus vastis ramos occupans longitudinaliter effusus. Faciliter excutitur, linquens faveolum. Floccis internis, aqua solutus egregie distinguatur.  
\*1128. 8. *D. INVOLUTUS*, L. v. S., sat. affinis *D. lacrymali*, ligno antiquo Salem et Bethl.  
D. magnitudine *D. stillati*, subrotundo-dilatatus, gyroso-plicatus, aurantio-pallidus. Basi involutus tomento strigoso albo quod saepe totum fungum induit.  
\*1129. 9. *D. PELLUCIDUS*, L. v. S., Maximus, rarior ad ligna Salem; etiam Philadelphiae vicinitate obvius.  
D. maximus, tres uncias longitudine ac latitudine occupans, candidus, subpellucidus, statu vegeto, initium Hydni gelatinosi referens—formá autem Tremellae est gyrosa, varie lobata, lobis crassis obtusis. Structura interna omnino est Dacrymyces. Sicco statu membranam sistit crassam duram, plicato-venosam, pellucidam.  
\*1130. 10. *D. CAPITATUS*, L. v. S., in caule Brassicarum Bethlehem obvius.  
D. stipitatus, stipite caulem penetrans, basi tomentoso, crasso, furfuraceo (Ditiolam referens) abiente in capitulum subrotundo-globosum, saepe impressum, interdum plicatum, colore aurantio-rubro. Sparsim crescit—interno contextu omnino hujus generis.  
\*1131. 11. *D. DIFFORMIS*, L. v. S., rariter in ramulis Rosae corymbosae Bethlehem.  
D. difformis, varie tortus, fere Myxotrichi ad instar erumpens ex epidermide, aurantio-ruber, subexpansus. Structura interna ut in ceteris.  
\*1132. 12. *D. EPIPHYLLUS*, L. v. S., Salem obvius in foliis Galii. Omnino Sclerotium refert sed sub lente structura interna Dacrymycem ostendit.  
D. gregarius, subrotundus, oblongusve lutescens, minutus,  $\frac{1}{2}$  linearis subpulvinatus, quasi innatus, saepe subconfluens. An etiam Sclerotium herbarum huc pertinet?  
\*1133. 13. *D. VITICOLA*, L. v. S., rarior ex epidermide Vitis emortui propullans Bethl.  
D. biformis. Ex cortice aut epidermide prorumpens, stipite crasso praeditus, basi tomento involuta aut volvata, in capitulum gyrosum aurantio-rubrum dilatato. In ligno decorticato autem, effusus, gyroso-plicatus, tenuis, ejusdem coloris. Utraque forma servat structuram internam Dacrymycis.  
\*1134. 14. *D. AZALEAE*, L. v. S., rarior in ramis emortuis Azaleae nudiflorae Bethl.

D. sparsus, minutus, ex cortice ut *Myxosporium*, propullans luteo-aurantius, pellucidus, explanatus in capitulum subpalmatum lobatum, breve. Structura interna priorum.

## Genus 51. PYRENIUM.

1135. 1. *P. terrestre*, Syn. Car. 530, solummodo Carolina.  
 \*1136. 2. *P. COLLÆ*, L. v. S., in Colla indurata mucosa Bethlehem obvium.  
*P. magnitudine seminis papaveris, nidulans in colla et aggregatim prorumpens, ovato-globosum incarnato-aurantium, tomento albo subinvolutum. Contextus indistincte floccosus.*

## SUBORDO IV. HYMENULI.

## Genus 52. PHYLLOPTA.

- \*1137. 1. *P. biparasitica*, F. p. 219, n. 1, in Hymenio Thelophoræ aut Polypori Bethl.  
 1138. 2. *P. PARASITICA*, L. v. S., Syn. Car. 1143, Tremella Carolina et Pennsylv. in *Clavaria gigantea*.

## Genus 53. AGYRIUM.

- \*1139. 1. *A. caesium*, F. p. 231, n. 1, rarum Bethl. in lign.  
 \*1140. 2. *A. rufum*, F. n. 3, freq. in Castaneo ligno Bethl.  
 \*1141. 3. *A. atrovirens*, F. n. 4, ad ramos dejectos Bethl.  
 \*1142. 4. *A. nigricans*, F. n. 5, in dejecto cortice Castan. Bethl.  
 \*1143. 5. *A. lacteum*, F. sub nigricante citat nec autem descripsit—effusum lacteum demum nigrescens.  
 In stipitibus variis Bethl. obvium.  
 \*1144. 6. *A. herbarum*, F. n. 6, frequens ad stipites, Bethl.

## Genus 54. HYMENELLA.

- \*1144. 1. *H. vulgaris*, F. p. 234, n. 2, in caul. Solidaginum, Bethl.  
 \*1145. 2. *H. nigra*, F. n. 3, in stipitibus Rubi Bethl.  
 \*1146. 3. *H. ciliata*, L. v. S., in caulibus v. c. Arctii Bethl.  
*H. subrotundo-diformis, tuberculosa, pallida aut rufescens, circum basin ciliata, ciliis albis persistentibus. Minuta.*



## CLASSIS SECUNDA. PYRENOMYCETES.

## ORDO I. SPHAERIACEI.

## SUBORDO I. SPHAERINI.

Nos in sequente Synopsi hujus Subordinis amplissimi, melius visum Quatuor Genera Friesii in Systemate ejus Orbis Vegetabilis, sub unum Genus *Sphaeria* retinere, cum ex ipso Friesii sententia non praeferenda sunt dispositioni vastissimi generis in Systemate mycologico exhibitae. Hanc quidem dispositionem non omnino perfectam agnovimus, nec tam naturalem ut possit immutata manere, sed satis utilis nobis videtur fungillos hos rite cognoscendos. Non autem in animo est Systema construere, sed species recensere. Ceterum nobis contigit numerum specierum quam maxime augere, utpote regionibus americanis tam feracibus ligni emortui, matricis Sphaeriarum, apprime proprium erat.

## Genus 55. SPHAERIA.

## Trib. 1. CORDYCEPS.

a.) *Hypocrea*.

1147. 1. *S. militaris*, F. 1, Syn. Car. 1, in Pennsylv. Pocono.  
 1148. 2. *S. alutacea*, F. 2, Syn. Car. 2, rara et. Bethlehem.  
 \*1149. 3. *S. capitata*, F. 6. Salem Carolina rara in terra orta ex putrido trunco Castaneae—omnino autem sine Sclerodermate defosso.  
 1150. 4. *S. entomorphiza*, F. Syn. Car. 3, rarissima.  
 1151. 5. *S. ophioglossoides*, F. 4, Syn. Car. 5, loco nunc aqueducto occupat ante 18 annos Bethlehem inveni nec iterum.  
 1152. 6. *S. mucronata*, L. v. S., Syn. Car. 4, F. 7. Icon in Journal of Acad. Philad. Vol. V. Tab. 1, f. 1, rarissime obvia solummodo Carolina.  
 \*1153. 7. *S. herculea*, L. v. S., in terra lignosa rarissime obvia Salem.  
 S. subcarnosa, subsuberosa. Capitulo magno ovato clavato in stipitem attenuato-elongatum decurrens. Colore alutaceo, intus cum stipite flavescente. Peritheciis superficialibus minoribus concoloribus in capitulo obtuso. Altitudo totius fungi  $1\frac{1}{2}$  uncialis. Capitulum  $\frac{1}{2}$  unciam diametro.  
 \*1154. 8. *S. geoglossum*, L. v. S., Icon in Journal of Acad. Philad. Vol. V. Tab. 1, f. 4. Dr Torrey ex New York communicavit. An terrestris?  
 S. carnosa-suberosa, simplex, nigerrima. Clavula linguaeformi, compressa, subcanaliculata, falcata, apice obtuso. Peritheciis oblongis, nigris, subprominulis. Ostioliis minutis vix prominentibus. Intus albidus. Stipite triplo longiori clavula subsquamuloso, basi hirsutulo, gracili, suberoso, intus albo, extus nigro. Altitudine pollicari. Refert Geoglossum.  
 \*1155. 9. *S. clavulata*, L. v. S., species omnino admirabilis, passim in vivis ramulis Quercus palustris et coccineae, onustis operibus recentioribus Cynipum. Bethlehem ad ripas Lehigh.  
 S. subiculo clypeato, ovato, regulari, contexta fibrilloso-membranaceo arcte epidermide insidens, centro incrassato-elevato, marginibus subliberis inflexis, ad quartam partem unciae expanso. Ex hoc subiculo patellari, basilari, assurgunt clavulae rigidulae, subdivergentes, ad 6—10 numerum; tres lineas altae, substantia suberosa, intus albae, extus nigrae, et apice obtuso cinereo-pulveraceae. Stipite attenuato, et in capitulum oblongum obtusum sensim abiente praeditae sunt. Aetate vigentiori Capitulum distinctius a stipite sese ostendit, onustum seriebus parallelis peritheciolorum nigrorum. His prominulis cum ostioliis minutis, et demum dejicientibus corticem externam cinereo-pulverulen-

tam ; intus albo-farctis. Capitulum et clavula intus albescunt more S. capitulae. Stipite versus basin incrassato.

b.) *Hypoxyla*.

1156. 10. *S. bulbosa*, F. 10, Syn. Car. 6, Carol. et Bethl.  
 1157. 11. *S. hypoxylon*, F. 11, Syn. Car. 7, ubique terrarum.  
 1158. 12. *S. PERSICARIA*, L. v. S., Syn. Car. 9, F. 13, Salem solum.  
 1159. 13. *S. digitata*, F. 8, Syn. Car. 10, frequens Pennsylv. Speciminibus optimis maximis.  
 1160. 14. *S. polymorpha*, F. 9, Syn. Car. 11, freq. et. Bethlehem.  
 1161. 15. *S. carpophila*, F. 12, Syn. Car. 8, Carolina solummodo mihi obvia in nucibus Liquidambaris. Pennsylvania, etiam fagineis, ut in Europa.  
 \*1162. 16. *S. SUBTERRANEA*, L. v. S. Icon in Journal of Acad. Tab. I. fig. 3, sed representans fungum imperfectum. Species nunc melius cognita primum ab amicissimo Torrey accepta ex fodinis New Jersey, nuperrime in puteo, praesertim autem Bethl. in doliis semidefossis et tectis, aquae collingendae causa obvia.  
*S. suberosa*, subsimplex speciminibus fertilibus, sterilibus autem saepe intricato ramosis imo anastomosantibus ; ceterum longissima (interdum semipedalis) gracilis, flexuosa, et compressa ; clavula vix a stipite distincta ; apice plerumque indiviso, attenuato, torto, compresso, griseo-pulverulento ; basi paululum incrassata, hirsutiuscula, cum cetero fungo extus nigro-badia. Peritheciis demum in raris fertilibus, maximis, pro ratione trunci tenuioris, quem undique occupant, valde prominulis, acutiusculis ostiis, unde quasi aculeatus truncus fertilis. Satis distant inter se.  
 \*1163. 17. *S. CORNU DAMAE*, L. v. S., passim in truncis antiquis dejectis subdefossis e latere provenit Bethl. ; affinis *S. hypoxyla* sed multo crassior.  
*S. suberosa*, aterrima, crassiuscula, trunco subradicato, varie torto, atro-floccoso in radice, compresso, in apicem furcato-ramosim dilatatur, plerumque apicibus abrupte acuminatis, demum fertilibus, exacte cornu damae. Junior apice ut ceterae *Hypoxylae Sphaeriae* hujus sectionis squamuloso-cinerascente, ceterum tomento atro undique brevissimo investita. Peritheciis majusculis prominulis, ostiis obtusato-cylindricis brevibus. Intus candidissimus. Totus fungus saepe triuncialis.  
 \*1164. 18. *S. FLABELLIFORMIS*, L. v. S., Journal of Academy, Vol. V. Tab. I. f. 5. Syn. Car. p. 85, n. 1071, nomine *Merisma nigripes* perperam. Rarior occurrit *Sphaeria*, rarissime fertilis, ad ligna sicca molliora, nigro-tincta, jam primo obtutu colore distincta amoene incarnato. Etiam Bethlehem obvia.  
*S. suberosa*, brevicaulis, bulbosa, bulbo crasso applanato nigro convexo insidens, trunco breviusculo crasso, e bulbosa basi mox in ramos palmatos, fimbriatos, congestos in capitulum, diviso, colore amoene luteo-incarnato, instrato pulvere copioso concolore. Trunco deorsum nigrescente, piloso, cum bulbo ; seorsum tereti pallente. Peritheciis demum in palmatis apicibus provenientibus, vix prominulis. Semiuncialem altitudinem vix excedit. Semper sparsim nec aggregatim crescit.

Trib. 2. *Poronia*.

1165. 19. *S. CANDIDA*, L. v. S., Syn. Car. 20, F. 16, rara in ramis fraxineis, Salem et Bethlehem. Sine ullo dubio est *Sphaeria*, cupula sua ligno ipso tam adnata ut remanet remoto cortice. Cum sequente transitum fecit ad sectionem aut tribum proximum.  
 \*1166. 20. *S. INTERMEDIA*, L. v. S., Jour. of Acad. pag. 8. Affinis priori, sed distinctissima. Bethl. rarior in ramis corruptissimis Pruni hyemalis—ex epidermide gregatim erumpens.  
*S. pulvinato-cupulata*, i. e. *Sphaeria pulvinata* insidens Cupulae subrepandae inseparabilis ; fere primo obtutu sessilis, sed revera abienti in stipitem brevissimum, crassum, penetrantem interiorem corticem. Cupula cum stromate connata, extus nigra plicata. Peritheciis crebris periphericis, ovato-globosis, in superficie elevatis, furfure albo-brunnescenti tectis, Stromate cinereo-brunneo, pulveraceo—cortice fungi externo fusco, furfure albescenti subtecto. Tota sphaeria magnitudine *S. fuscae* subrotunda, applanata, interdum repanda.  
 \*1167. 21. *S. POCULA*, L. v. S. Icon. Journal of Acad. Tab. II. f. 6. Primum accepi a Dr Torrey ex New York propullans ex cortice Fraxineo. Nunc copiose Bethl. inventa in variis Corticibus praesertim Castaneorum—semper cupulis inversis pendentibus. Omnino refert *Cyphellam pendulam* nostram, ita ut eandem putassem, nisi praesentia perithecorum obstaret. In ramis Rubi emortuis varietatem minus fasciculatam inveni. Haec certissime *S. punctatae*, quam nondum in America inventam maxime dolendum—genuina socia.

*S. suberosa-coriacea*, stipitata; stipitibus fasciculatim ex epidermide prorumpentibus, incurvis, sensim dilatatis in cupulas obverse pendulas, extus ex albido-fuliginosis, demum subfurfuraceis; stipites semper crassi sunt. Cupulis excavatis, disco planiusculo, margine crasso, obtusato, inflexo-pulverulento. Peritheciis immersis disco, minutis, monostichis lutescentibus, ostiolis nigris, vix prominentibus. Substantia cupularis intus ex albo-fuliginea aut badia, suberosa. Altitudo caespitis et singularium cupularum 4—5 lineas, diameter disci 2—5 linearis. Aetate provectori, stipites fusco nigrescunt.

## Trib. 3. PULVINATAE.

*a Hypoxylae.*

1168. 22. *S. concentrica*, F. 18, Syn. Car. 12, et. Pennsylv. ubi saepe maxima.
1169. 23. *S. fragiformis*, F. 19, Syn. Car. 14, frequens et. Bethl.
1170. 24. *S. fusca*, F. 20, Syn. Car. 19, ad ramos freq. Bethl.
- \*1171. 25. *S. argillacea*, F. 21, non est eadem cum nostra multiformi. Bethlehem passim.
1172. 26. *S. cohaerens*, F. 22, Syn. Car. 18, et. Pennsylv.
1173. 27. *S. multiformis*, F. 23, Syn. Car. 13, et. Pennsylv. sed rarior.  $\beta$  *granulosa*, Syn. Car. 16, mera varietas.
1174. 28. *S. DURISSIMA*, L. v. S., Syn. Car. 46, F. 24, rarior Bethlehem. Ex tropicis optima specimina.
- \*1175. 29. *S. VERNICOSA*, L. v. S., Journal of Acad. Tab. I. f. 2. Species haec pulcherrima rarissime mihi obvia ad palos saepium, Salem Carolinae.
- S. maxima*, plusquam unciali altitudine, subturbinato-stipitata. Cortice externo splendide vernicoso atra, in apice turbinato capitulato, subrugoso undulata, ostiolis vix perceptibilibus. Peritheciis periphaericis, minutis, subglobosis, nigro-corticatis, nidulantibus in primo strato stromatis sub externo cortice. Stroma constans ex stratis concentricis perithecorum majorum, oblongo vatorum densissime stipatorum, implentibus capitulum totum turbinatum, aequae ac stipitem. Hae Perithecia meri sunt sacculi membranacei candidi, omnis corticis nigrae expertia; statu vegeto repleti pulvere seminali copioso aterrimo, tum copia ingenti per ostiola, ne lentis ope distinguenda, ejecto, superficiem Sphaeriae et lignum circacircum tingente, Sacculi persistentes post pulveris ejectionem; tum intus candidissima sphaeria est. Capitulum turbinatum diametro semiunciali, abruptim in stipitem  $\frac{1}{2}$  unciae crassum abiens. Stipite semiunciali alto. Proxima *S. concentrica*—sed optime distincta.
- \*1176. 30. *S. MARGINATA*, L. v. S., Jour of Acad. Tab. II. f. 8: affinis *S. multiformis*, sed major. In Pennsylvania haec species vulgatissima praesertim ad ramos quercinos locum usurpat *S. multiformis* quae rarior.
- S. pulvinata*, confluens, valde elevata, major. Juniore aetate ochroleuca (pro more pulverulenta) maturo, nigerrima absque ullo nitore. Superficie ex peritheciis periphaericis subjacentibus, adeo regulariter granulata. Peritheciis ipsis cum externo cortice satis prominentibus, subhemisphaerice, at horizontaliter truncatis, margine in truncatura annuliformi cinctis subelevato. Centro truncaturae conico-applanato abiente in ostiolum, glaberrimo—cortice reliquo externo rugosa. Peritheciis ceterum corticatis, monostichis, subglobosis, nidulantibus interne in stromate nigro, sacco alio instructis. Pulvinuli saepe  $\frac{1}{2}$  unciales ad longitudinem et latitudinem sex uncialem subconfluunt. Pulvere atro copioso. Structura externa perithecorum differt a *S. multiformi*.
- \*1177. 31. *S. ENTEROMELA*, L. v. S., Jour. of Acad. p. 10, e rimis corticalibus Castaneorum erumpens, rarior, Bethl.
- S. pulvinata*, longitudinaliter confluens, rubro-rubiginosa, superficie non granulata. Cortice interiori, aterrimo. Pulvinulis subdifformibus compressiusculis. Stromate aterrimo, in quo immersa sunt sparsim perithecia majora, ceteris peritheciis periphaericis, minutis, globosis, nigris. Superne quasi rubiginoso-pulverulento cortice exteriori furfurascente tecta. Interruptim confluunt saepe pulvinuli longitudinaliter ad longitudinem semipedalem. Singuli pulvinuli  $\frac{1}{2}$  unciales. Quoad indolem externi corticis affinis *S. fragiformi*.
- \*1178. 32. *S. TERES*, L. v. S., Journ. of Acad. Tab. ab amicissimo Z. Collins communicata in cortice ignoto.
- S. pulvinata*, subtereti-cylindrica, apice obtuso, rotundata. Cortice exteriori tuberculoso-undulato rubiginosa. Stromate fuliginoso in quo undique perithecia periphaerica immersa inaequalitatem

- corticis exterioris efficiunt. Pulvinulus cylindricus tres lineas altus, 1½ latus. Sparsim nec approxi-  
 mati occurrunt pulvinuli in cortice. Quodam modo affinis *S. rubiginosae*.
- \*1179. 33. *S. DECORTICATA*, L. v. S., quanquam affinis *S. rubiginosae* tamen spectat ad *Sphaerias* con-  
 natas. Ad ligna et in cortice. Primum ex Nova Anglia misit Dr Torrey, nunc copiosior, Bethl.  
*S. subpulvinata*, applanata praesertim in ligno orbato, minus in cortice; externa superficie griseo-  
 rubiginosa, tuberculis rugosis sphaerulaeformibus dense tecta, ad instar ostiolorum, ita ut inde  
 exasperata apparet nigris granulis: exterioris corticis ceterum expers. Peritheciis periphaericis,  
 pluribus seriebus in stromate rubiginoso-fuligineo immersis, ovato globosis. Pulvinulis subrotundis  
 aut difformibus, ½ uncialibus saepe confluentibus.
- \*1180. 34. *S. TRANSVERSA*, L. v. S., Mauch Chunk transversim erumpens in trunco *Betuli* carpinifolii  
 rarior.  
*S. magna*, subpulvinata, subimmersa in cortice et pulvinatim prorumpens, difformiter aut turbinatim  
 angulata. Superficie irregulariter rugosa aut aequabili nigra. Peritheciis ovatis, periphaericis,  
 intus splendenti-nigris. Stromate nigrofulco pulverulenta. Ostiolis manifestis prominentibus plano-  
 concicis. Unciali longitudine, crassitie ½ unciali.

β *Hypocreae*.

1181. 35. *S. rufa*, F. 26, Syn. Car. 21, et. Pennsylv.
- \*1182. 36. *S. gelatinosa*, F. 27, in Sambuco, Bethlehem.
1183. 37. *S. STEREOBUM*, L. v. S., Jour. of Acad. p. 12 et 13, in hymenio et pileo *Thelephorae* fasci-  
 atae, L. v. S., affinis prioribus, sed major. Forma ad *glebosas*, Bethl.  
*S. undulato-confluens*, applanata, ambitu sublobato, superficie plicata, subpulvinata, colore ex incarnato-  
 brunneo: junior tomento albo basilari velata et tum magis pulvinata. Interdum solitaria; plerumque  
 autem confluens serie longitudinali in plicis *Thelephorae* cui insidet. Substantia, quanquam non  
 gelatinosa, tamen mollior. Peritheciis in superficie granulatim prominulis, mere corticalibus, i. e.  
 stromati albedo subjacenti, non immersis, manifestim ostiolatis, spargentibus pulverem seminalem  
 copiosam albidam. Ad longitudinem uncialem saepe confluunt pulvinuli, 3—4 lin. lati; margine  
 sublibero.

Trib. 4. CONNATAE.

α *Hypocreae*.

- \*1184. 38. *S. lactea*, F. 29, ad radices truncorum in terra et interiori cortice, Bethlehem.
1185. 39. *S. citrina*, F. 30, Syn. Car. 30, etiam Pennsylv.
1186. 40. *S. rosea*, F. 31, Syn. Car. 31, rara etiam Bethl.
1187. 41. *S. ochracea*, F. 30, β, Syn. Car. 32, Salem.
- \*1188. 42. *S. STERILIOR*, L. v. S., pulcherrima, super folia et dejectamenta locis umbrosissimis effusa,  
 Bethl.  
*S. substantia* primum molliuscula, longe lateque effusa, applanata, superficie longitudinaliter striata,  
 ex incarnato-lutescenti. Sicca, margine tenerrimo byssoideo ex intertextis fibris filamentosis praedi-  
 ta; et his laeviter omnino tecta apparet. Intus demum alba carnosio-cornea. Peritheciis raris vix  
 rite formati in nostris. Foliis, capsulis, amentis, dejectis increscit ambitu unciali et crassitie bili-  
 neari.
1189. 43. *S. luteovirens*, F. 35, Syn. Car. 33, et. Pennsylv.
1190. 44. *S. LACIFLORUM*, L. v. S., Syn. Car. 34, F. 32, rarior obvia in Pennsylv.
1191. 45. *S. HALINA*, L. v. S., Syn. Car. 35, F. 36, in monte Pocono frequens occurrit distinctissima  
 haec species.
- \*1192. 46. *S. TUBERICOLA*, L. v. S., in exoleta Tubere albo infestans corticem exteriorem, Pocono  
 inventa.  
*S. effusa*, tenuis, fusco-nigrescens, vix ambitu determinato. Peritheciis primo subimmersis, demum  
 fere omnino prominulis, nigrofuscis, rugoso-tuberculatis, minutis, subconicis, dense aggregatis, intus  
 omnino similibus prioribus, demum pulvere sparso-cavis.

β *Hypoxyloae*.

1193. 47. *S. rubiginosa*, F. 37, Syn. Car. 17, etiam Pennsylv.

1194. 48. *S. PERFORATA*, L. v. S., Syn. Car. 45, vulgaris et. Bethl., Fr. 38.
1195. 49. *S. atropurpurea*, F. 39, Syn. Car. 36, etiam Bethl.
1196. 50. *S. serpens*, F. 40, Syn. Car. 39, vulgatiss. et Pennsylv.
1197. 51. *S. COLLICULOSA*, L. v. S., Syn. Car. 82, F. 41, rara Bethl.
- \*1198. 52. *S. coprophila*, F. 42, Salem rara sed distinctissima in ligno dejecto stercore tecto.
- \*1199. 53. *S. confluens*, F. 43, passim Bethl.
1200. 54. *S. SASSAFRAS*, L. v. S., Syn. Car. 87, freq. et Bethl.
- \*1201. 55. *S. atramentosa*, F. 49, rarius Salem et Bethl.
1202. 56. *S. incrustans*, F. 46, Bethl. lignis mollioribus.
1203. 57. *S. AFFLATA*, L. v. S., Syn. Car. 63, F. 50, etiam Bethl.
- \*1204. 58. *S. TURBINULATA*, L. v. S., in ligno fagineo montis Pocono, Pennsylv.  
*S. turbinato-pulvinata*, applanata, subconfluens, tamen pulvinulis semper distinctis. Peritheciis non periphaericis sed per totum stroma ad basin usque dispersis majoribus. Superficie externa granulata, pulveraceo-rugosa, ostioli minutis prominulis. Stromate parco, ob magnitudinem peritheciorum, e fuliginoso albedo. Pulvinuli seriatim siti, quasi literas hebraicas formant, et insident crustae nigrae in cortice effusae.
- \*1205. 59. *S. ILLITA*, L. v. S., non infrequens ad latera perpendicularia truncorum praesertim Platani, fere omnino eos plagis latis inaequalibus confluentibus investiens, Bethl.  
*S. latissime effusa*, confluens, stratis saepe superimpositis, sistens plagas subeffiguratas, ligno emollito quasi illitas : superficie superna undulata inaequali, primum eleganter olivaceo virente, demum nigra. Peritheciis majusculis, granulatim prominentibus, coronatis ostioli acutis conicis aut indistinctis ; ceterum crasse corticatis, intus cavis et ob magnitudinem stromate parco albescenti circumdatis.
- \*1206. 60. *S. EXARATA*, L. v. S., in cortice ramorum juniorum Jugl. tomentosae, Salem et Bethl.  
*S. effiguratim effusa*, quasi longitudinaliter sulcis imis parallelis in superficie exarata—primum epidermide subsecta, quas in sulcis persistit. Peritheciis valde prominulis in summa juga sulcorum, irregularibus, e nigrofuscis, nigropapillatis, majusculis, monostichis, stromate parco circumdatis. Interdum sulcis confluentibus. In ambitu margine sterili, subrependo praedita ; crustae subjacenti, ex substantia corticali nigrifacta formata, insidet.
1207. 61. *S. HYDNICOLA*, L. v. S., Jour. of Acad. p. 14, Tab. II. f. 9, rarius in subulis jam corruptis Hydnum, Bethl.  
*S. crassa*, brevis, subrepanda, satis in superficie elevata, passim confluens. Superficie externa atherima, undulata, a peritheciis subjacentibus, depressa, granulosa. Peritheciis magnis substantibus, immersis in stromate albo-lutescenti, monostichis, velo aut sacculo brunneo instructis. Ostioli papillatis, prominulis. Subuli Hydni saepe cum stromate concresecunt : tum inferior pars quasi pedicellum crassum exhibet. Substantia Stromatis manifestim suberosa. Diametro vix 2—3 lineas excedit. Affinitas quaedam cum *S. uda* adest.
- \*1208. 62. *S. CALLOSTROMA*, L. v. S., Jour. Acad. Tab. II. f. 10, ligno et cortice Lauri aestivalis, Bethl. freq. nec alibi.  
*S. irregulariter effusa*—ad longitudinem et latitudinem 2—3 unciarum ; etiam occurrit pulvinulis minoribus subturbinatis, seriatim approximatis nec revera confluentibus—satis similis inde *S. turbinulatae*. Specimina effusa, primo obtutu, referunt Sphaeriam maximam simplicem, contiguae acervatam. At transversim secta, conex communis quo connata sunt, in conspectum venit, extus niger. Superficie inaequali ; ex peritheciis subelevatis, granulosa, punctato-rugosa. Peritheciis, externe apice truncato in ostiola obtusiora, subconice elevato, stromate immersis interne grumoso, colore vivide rubro-ochraceo, parciori aut copiosiori ; corticatis, ovalibus et irregularibus, sacculo splendentis atro—abientibus in ostiola per ductum conspicuum. Stroma coloratum numquam deest, nec in fere simplicibus pulvinulis singulum tantum perithecium interdum continentibus.
- \*1209. 63. *S. FUSCOPURPUREA*, L. v. S., Jour. of Acad. Tab. II. f. 11, lignis emollitis aequae ac cortice increscit, Sal. et Bethl.  
*S. effiguratim effusa*, margine plerumque sterili, semper longitudinaliter serpens. Cortice externo intus atro nitente duriusculo, superficie eleganter purpureo, demum purpureo fusciscent, regulariter granulosa ex subjacentibus peritheciis. Peritheciis, non papillatis, polystichis, oblongo-ovatis, crebris, minoribus, velo interno albedo, immersis in Stromate atro-nitente. Ligno tenuiter tantum

- illita, circumcirca atrotincto. Inseparabiliter adnata. Uncialem longitudinem occupat, saepe prae-amans loca excavata ligni. In cortice multo elevatior et quasi tuberculosa.
- \*1210. 64. *S. INVESTIENS*, L. v. S., passim Salem ac Bethlehem, in lignis non duris, exsiccatis decorticatis; priori affinis.
- S.* insuper crustam crescit atram, tenuem, in ambitu longe lateque lignum atrotinentem et sterilem, et quasi investit totum lignum, cum ejus rimis, elevatioribus, cavitatibus, &c. pallio granuloso aterrimo, sensim abiente in crustam. Peritheciis dense stipatis, regulariter oblongis, ad basin stromatis penetrantibus, parcissimi et tantum superne perceptibiles; in superficie externa, rugulosa, subconice elevatis, ostiolo papillato deciduo praeditis. Plagas sistit 2—3 unciales longitudine ac latitudine.
- \*1211. 65. *S. GREGALIS*, L. v. S., rariter Carolina obvia in ligno udo molli.
- S.* late effusa insuper crustam inaequabilem e nigrofuscem referens sphaerias simplices aggregatas. Peritheciis tamen majusculis valde prominulis quasi applanato-convexis, ex approximatione varie compressis, connexis crusta tenui, nigrofuscis, primum papillatis demum pertusis, papilla decidua, superficie rugosis, serie insertis stromati rubro-fusco aut nigro simpliciter. Perithecia destructa et diffracta saepe dimidiatim manent in crusta inania.
- \*1212. 66. *S. XANTHOSTROMA*, L. v. S., Seriatim erumpens e rimis ramorum decorticorum Quercus, Bethlehem.
- S.* insidens crustae tenui nullimodo effusae. Serie simplici protruduntur tubercula valde elevata difformia subconfluentia fusco-nigra, rugosa, vix ostiolata, majoribus mixtis minoribus in eadem caespite. Tuberculis verticaliter sectis, apparent perithecia interna, unum vel plura in eodem tuberculo, majuscula, globosa, omnino immersa in stromati lutescenti, grumosa. Tubercula extus nigra. Passim ad uncialem longitudinem protracta est series.
- \*1213. 67. *S. SPHAERIOSTOMA*, L. v. S., rara Bethlehem in ligno carioso emollito.
- S.* brevis, subpulvinata, carbonacea, aterrima, 2—3 lineas longa, oblonga, utrinque acuminata, superficie externa longitudinaliter striata. In hac observantur ostiola sphaeriomorpha, sparsa globosa, ore rotundo pertusa, ductu longiusculo connexis cum peritheciis internis, ipso ligno immersis, absque ullo stromati genuino, tectis tamen externo cortici communi tenerrimo superficiali nigro. Peritheciis ipsis majusculis et massa atra repletis—ovatis. Haec massa, sub lente augmentissima, ex sporidiis fere Melanconis constat.
- \*1214. 68. *S. CATALPAE*, L. v. S., in cortice Catalpae non rara Bethlehem, sed plerumque statu sub-exsoleta tantum mihi obvia.
- S.* seriatim e rimis corticis erumpens, primum rubiginosa, demum nigra. Caespitulis aut potius pulvinulis longitudinaliter confluentibus. Cortice externo subtenui superficie a subjacentibus peritheciis granulosa rubiginosa, quasi pulverulenta, demum nigro rugoso. Peritheciis crebris, stromate parco nigro, primum ostiolis papillatis, tum pertusis, ostiolis nempe deciduis. Multam habet affinitatem cum *S.* rugosa, sed minor nec effusa.

## Trib. 5. GLEBOSAE.

1215. 69. *S. deusta*, F. 51, Syn. Car. 27, vulgatissima ad latera et radices truncorum, Carolinae, Pennsylv., New York, &c., ad 8 uncias lata.
- β platyceps*, quasi stipitata, Bethlehem.
- γ effusa*, fusca, tenuis, aequabiliter effusa, Salem.
- Nota.*—In *Sphaeria deusta* frequentior quam ceteris mihi obvia est forma initialis *Sphaeriarum* illa, qua referunt *Thelephoram* pulvere copioso filamentoso, colorato, plerumque aeruginoso virente onustam—de qua miror tam pauca verba in Friesii Systemate reperienda esse.
1216. 70. *S. Tabulina*, F. 52, Syn. Car. 29, etiam Pennsylv. plerumque in laeso arbore adhuc vigente.
- \*1217. 71. *S. succenturiata*, F. 55, rarius ad ram. Bethl.
- \*1218. 72. *S. spondylina*, F. 56, rarius in ram. querc. ibid.
1219. 73. *S. numularia*, F. 57, Syn. Car. 42, *S. clypeus*, inveni specimina Pennsylvania septam uncias longa et lata 3—4. In variis—praecipue Quercus.
1220. 74. *S. lenta*, F. 58, Syn. Car. 28, Salem et Bethl. Nostra quae exacte refert Iconem Todei, omnino ad *Glebosas* pertinet—et frequens est Bethl., affinis quidem *Sphaeriae* nostrae *contortae*, tamen ostiolis elevatis, forma regulari ac loco in ipso ligno nec in cortice distinguenda.
- \*1221. 75. *S. SULPHUREA*, L. v. S., rara, in cortice insidens, Salem nec Pennsylv.

- S. tenuior*, subcarnosa, demum exsiccata cornea, varie in margine tenui sulibero lobata, sulphurea. Stromate interno albido. Peritheciis crebris, globoso-depressis, immersis, luteofuscescentibus. Ostiolis concoloribus sparsim in depressis foveolis superficiei externae ceterum laevigatae sitis, papillatis. Recens omnino separabilis a cortice, quo ad semiuncialem longitudinem effusa, arcte sequens inaequalitates corticis subjacentis forma quadam subrotunda. Quodammodo *S. citrinae* affinis.
- \*1222. 76. *S. CABIES*, L. v. S., non dissimilis var.  $\gamma$  *S. deustae* in lignis cariosis, Bethl.  
*S. vix separabilis*, subrotunda aut elongatim effusa, crassiuscula, ambitu sublobato, aterrima. Superficie undulatim inaequali, rugosa. Ostiolis crebris, obtuse conicis, demum pertusis. Peritheciis majusculis subdepressis, in stromate parco nigrescente. Sphaeriam serpentem primo adspectu referens. Longitudine semi—aut unciali. An hujus tribus ? tamen superficialis est.
- \*1223. 77. *S. QUADRATA*, L. v. S., insuper corticem Rhoidum variorum Bethl.  
*S. crassa*, elevata, abbreviata, plus minus quadrata, tamen saepe irregulariter sublobata; basi affixa cortici, et in ambitu praedita margine acutiusculo. Superne applanato-undulata, rugosa. Peritheciis paululum tantum circa ostiola in superficie prominulis, majusculis, pyriformibus, ime immersis in stromate albido-pallido, nec tamen ad basin usque. Ostiolis brevissimis, apertis, pertusis. Primum sordide olivacea, demum nigra. Pulvinuli minores tam crassi, ut quasi cupulati stipitati apparent.
- \*1224. 78. *S. CONTORTA*, L. v. S., frequens in Corticibus Quercus et Pyri Mali in Carolina, Pennsylv. et New York.  
*S. cortice solummodo stipiti papillaeformi affixa*, quamvis arcte illi adpressa, libera in ambitu varie lobata, et omnino lobis contortis, fere Lichenis ad instar. Crusta corticali nigra subtus badia, includitur Stroma albo-lutescens, subpulverulentum centro satis crassum, in ambitu attenuatum. Peritheciis crebris minutis globosis, sub hoc cortici externo nidulantibus, non ime immersis stromati, in superficie inde subgranuloso subelevatis, irregulariter. Ostiolis minutis. Inferne cortex sterilis evadit. Colore primum viridi-atro, mox nigrescente. Sphaeria tota ad quartam partem unciae extensa. Saepe pluria individua caespitosim aggregata sunt.  
 Affinis *S. lentae* nostrae sed multo major. Eximia species.
- \*1225. 79. *S. SUBLOBATA*, L. v. S., ex eadem familia *S. lentae*; in cortice Platani, Bethl.  
*S. minor*, elevata, scutellaeformis, levissime insidens, margine obtuso, lobato-repando, ex atro subolivascens. Superficie applanata, rugulosa. Peritheciis subperipheraericis monostichis lutescentibus, immersis stromate lutescenti. Ostiolis impressis. Diametrum 2—3 linearum non excedit.
- \*1226. 80. *S. SUBAFFIXA*, L. v. S., primo adspectu varietatem *S. stigmati* refert. Frequens in ramis dejectis pyrinis Bethlehem.  
*S. transversim subambiens ramulos*, crassa, elevata, ligno adnata, more *S. numulariae*, applanata, plerumque orbiculata, margine sterili, sed non libero. Superficie externa subrugosa atra. Peritheciis, stipatis, oblongis, stromate parco circumdatis. Ostiolis crassiusculis, non impressis, conice protusis. Long. et lat  $\frac{3}{4}$ —1 unciali; saepe confluent. Primum epidermide cincta, demum denudata.
- \*1227. 81. *S. ARTEMISIAE*, L. v. S., proxima *S. repandae* F. in emortuis Artemisiarum ram. Bethl.  
*S. minor*, bilinearis, ovata, subangulata, subcupulata et marginata ex epidermide stellatim revoluta erumpens, 2—3 confluentes. Aterrima disco rugoso opaco, ostiolis parum prominentibus umbilicatis crebris. Stromate aterrimo, in quo nidulant perithecia globosa minuta cava. Tota sphaeria quasi libera, insidens libro corticali, utrinque nigra, rugosa. Non omnino confluent sed potius invicem adpressae sunt sphaerulae.

## Trib. 6. LIGNOSAE.

1228. 82. *S. bullata*, F. 59, Syn. Car. 55, etiam Bethl. Coryl.  
 1229. 83. *S. undulata*, F. 60, Syn. Car. 40, frequens et. Bethl.  
 1230. 84. *S. stigma*, F. 61, Syn. Car. 41, frequentissima ubique.  
 $\beta$  *quadricocca*, rarior Pennsylv.  
 $\gamma$  *decorticata*, rarior ibidem.  
 Mire variat haec species. Num et *S. subaffixa* nostra varietas sit hujus ?  
 1231. 85. *S. PLATYSTOMA*, L. v. S., Syn. Car. 43, F. 62, freq. et Pennsylv.  
 1232. 86. *S. ATROPUNCTATA*, L. v. S., Syn. Car. 44, F. 63, multo rarior occurrit haec species memorabilis Pennsylvania quam Carolina.

1233. 87. *S. ROBINIAE*, L. v. S., Syn. Car. 61, F. 65, frequens etiam Pennsylvania—sed valde polymorpha saepissime Sphaeriam alienae sectionis referens.
- \*1234. 88. *S. pilulifera*, F. 66, in truncis Acerinis Salem et Pennsylvania passim.
- \*1235. 89. *S. rhytostoma*, F. 67, distinctissima in cortice trunci Pruni hyemalis Bethlehem rarius.
- \*1236. 90. *S. euphoraea*, F. 69, vulgaris in quercinis ramis etiam fagineis Bethl.
1237. 91. *S. disciformis*, F. 68, Syn. Car. 31, vulgatissima.
- \*1238. 92. *S. ALBOFRUINOSA*, L. v. S., cum sequente, affinis duabus prioribus. In ramulis fagineis, New Jersey obvia.
- S. orbicularis*, primum plana, demum elevato-convexa, cortice stellatim cincta, disco primum dense albo-pruinoso, pulverulento, demum subfuscescente. Ostiolis quasi in poris sparsis impressis. Peritheciis tenuiter corticatis, ovatis, in collum nigrum perforatum attenuatis. Stromate albo-ceraceo. Minor est *S. disciformi*.
- \*1239. 93. *S. VIRESCENS*, L. v. S., colore bene distincta a *S. disciformi* persistente viridi, passim Carolina et Pennsylv. ramis junioribus.
- S. orbiculata*, major, valde elevata, tamen applanata. Disco omnino tecto pruina aut pulvere luteo-virenti, demum quidem detergibili, sed colorem servans viridem. Peritheciis paucis majusculis, globoso depressis; tegumento corticali crasso nigro praeditis, in collum breviter attenuatis, stromate candido-ceraceo circumdatis. Ostiolis nigris quadricocis in superficie virenti prominulis. Ad basi arcte cincta epidermide non stellatim fisso.
- \*1240. 94. *S. aspersa*, F. 70, var  $\beta$  fusca. Major fungo Friesii, ceterum quadrans. Bethlehem in quercinis ramis.
- \*1241. 95. *S. favacea*, F. 71, frequens, Bethlehem et Salem.
1242. 96. *S. verrucaeformis*, F. 72, Syn. Car. 56 et Bethl.
1243. 97. *S. CEPHALANTHI*, L. v. S., Syn. Car. 59, F. 73, freq. et Bethl.
1244. 98. *S. LIRIODENDRI*, L. v. S., Syn. Car. 60, F. 74, nondum Pennsylv.
1245. 99. *S. RHOIS*, L. v. S., Syn. Car. 62, F. 75, frequens in Rhoi radicante etiam Pennsylvania.
- \*1246. 100. *S. flavovirens*, F. 76, ex amicissimo Torrey solummodo accepti in cortice Betulae populi-foliae ex Nova Anglia.
- \*1247. 101. *S. prorumpens*, F. 77, in ramis Robiniae Bethl.
1248. 102. *S. uda*, F. 78, Syn. Car. 81, frequens et. Bethl.
- \*1249. 103. *S. DISCRETA*, L. v. S. Frequenter per corticem ad ipsum lignum penetrans, cui adnatum, in truncis et ramis praesertim majoribus. Malorum (rarissime in Carolina) mihi obvia est species distinctissima. Interdum occurrit remanens et vigen in ipso ligno, cortice omnino dejecto, plerumque per corticem penetrat. Major, nulli nisi sequenti affinis. Olim amicis perperam ut *S. nostra discincola* caroliniana rarissima, nec Pennsylvania inventa communicavi.
- S. abnormis orbiculata*, cortice concrescens et per corticem penetrans, nigro-circumscripta, basi firmiter ligno ipso affixa. Quasi pyxidem format e crusta nigro-ferruginea confecta, basin versus contractam in pedicellum crassum nigro circumscriptum in ligno. Tamen facilliter e ligno separabilis, linquens orbiculum nigro ei circumscriptum in loco, basi pyxididis aut cupulae separata planissima. Cupula aut pyxis perithecia includens omnino lignosa, ferruginea, e massa corticali. Disco  $\frac{1}{2}$  uncial, marginato, concavo ex albo-cinerascente, subpurpurascens crustaceo frustuloso, stellatim cincto frustulis epidermidis inseparabiliter adhaerentibus. Ostiolis papillatis in disco vix prominulis. Peritheciis majusculis ovatis monostichis lineam longis, collo in ostiola attenuatis, immersis in stromate albidiori immixta lignoso. Tota sphaeria saepe et  $\frac{1}{2}$  unc. alta ac lata. Copiosim infestat ramos diu persistens—primum per corticem penetrans et quasi verrucis excavatis superficiem variolans, demum ramum deorbans.
- \*1250. 104. *S. EXCAVATA*, L. v. S. Affinis priori, sed nunquam ex cortice separabilis, transversim erumpens, rarior in Cortice Prunorum, Bethl.
- S. elliptico-orbiculata*, cortice non stellatim sed quasi margine acuto subelevato cincta, et cum epidermide protusa. Disco ime excavato concava, nigra, non in disco crustacea ut prior, foveolis autem multis minutis sparsis punctata, in quorum fundo nidulant ostiola. Ceterum ut prior cortice quodam proprio nigro pyxidiforme inclusa, ad ipsum lignum penetrans, nec tamen eadem altitudine, nam vix dimidiam partem excedit, nunquam formam substipitatum exhibens. Cupula pyxidiformis parte inferiori farcta pseudo stromate lignoso—superiori magis vero stromate. In hac nidulant perithecia rariora majuscula pyriformia, in collum splendentem nigrum attenuata, occupantia mediam



partem stromatis. Magnitudine prioris. Species ambo valde memorabiles, ulterior multo rarius quam prior.

- \*1251. 105. *S. SUBCONCAVA*, L. v. S., etiam affinis prioribus sed multo minor: gregatim et saepe confluens prorumpit ex ramis Viburni dentati, Bethl.  
*S. minor* (1—3 lin.) elevata, erumpens, undique cincta cortice fesso, includens quasi in cortice crustaceo nigro proprio, perithecia pauca majuscula, globoso-depressa, fere totam Sphaeriam interne occupantia, stromatis circumdantis fere expertia. Disco subconcauo, subrugoso, atro. Ostioli globoso-papillatis, elevatis, raris, concoloribus, interdum confluentibus—collo breviusculo connexis cum peritheciis, sacco albo distincto intus praeditis.
- \*1251. 106. *S. SMILACICOLA*, L. v. S., rarior in emortuis ramis Smilacis rotundifoliae, Salem.  
*S. subpulvinatim effusa*, epidermide insidens, margine quoddam sterili sublobato in ambitu praedita, quo arcte adhaeret ligno—lineam nigram linquens. Peritheciis paucis, prominulis in superficie nigra, intus nigris aut nigrofuscis. Stromate parco pulverulento. Longitudine 1—3 lineari occurrit, saepe in centro adeo elevata ut formam subconicam induit.
- \*1252. 107. *S. GRISEA*, L. v. S., rarior in lignis cortice orbatis—*S. stigmatis* vicinitate, Bethl.  
*S. oblonga*, effusa, subconcaua, ligno innato-immersa utrinque acuminata, undique et ime linea nigra circumscripta, medio satis crassa et ibi exhibens stroma albo-griseum, in ambitu tenuior, stromate vix distinguendo. Peritheciis applanatis, crebris, minutissimis, nigris, stromati immersis. Superficie externa albogrisea, frustulatum rimosa, ostioli subumbonatis obtusis griseis prominentibus. Uncialem diametrum saepe attingit.
- \*1253. 108. *S. SPISSA*, L. v. S., in ligno exsiccato rimoso quercino, Bethl. satis frequens.  
*S. longitudinaliter rimis ligni quasi inspissa*, valde angusta et utrinque acuminata, nigrescens. Medio satis elevato, superficie et peritheciis prominentibus, valde rugosa. Stromate vix ullo. Peritheciis ipso ligno immersis, ostioli subconice elevatis. Saepe ad semiunciam protracta.
- \*1254. 109. *S. CONCOLOR*, L. v. S., in ramis Vaccinii corymbosi Bethlehem sub epidermide.  
*S. more crescendi Sph. stigmati* approximatur; multo minor, undulatim effusa, tenuis,  $\frac{1}{2}$  lineari crassitie; superficie quanquam undulata, tamen laevi, et omnino concolor libro, rufo-brunnea, quasi ut tumor illi innata. Interdum cinerascit; seriatim punctata ostioli minutis nigris subimpressis. Stromate subpulverulento albescenti. Peritheciis densis nigris ovatis, invicem adpressis, intus nitentibus. Omnino memorabilis.
- \*1255. 110. *S. ENTEROXANTHA*, L. v. S., ex ramis dejectis Castaneorum prorumpens, Bethl.  
*S. epidermide stellatim fissa cincta*, valde elevata, turbinato-diformis, prorumpens pulvinulis subconfluentibus, valde tortis et compressis, extus basin versus nigrescentibus, parte superiori intumescet-urbinato-fuscescentibus, plicato-rugosis. Ostioli sparsis raris punctiformibus. Peritheciis majusculis obovatis compresso-stipatis, immersis stromate flavo et rubro tincto pulveraceo. Cortice proprio perithecorum aterrimo. Gregatim crescit pulvinulis plerumque bilinearibus.
- \*1256. 111. *S. RIBESIA*, L. v. S., rarissima in truncis emortuis Rib. rubri. Salem inventa. Non eadem cum *Dothidea F.*  
*S. effusa*, confluens e pluribus pulvinulis aggregatis. Superne e copia ostiolorum prominentium rugosissima. Ostioli ipsis crassis brevibus, difformibus, ore longitudinaliter aperto, hysteriiforme. Peritheciis majusculis, plerumque obovatis in stromate parco subalbescenti. Prorumpens ex epidermide, sed ligno ipso adnata plagis, ad longitudinem uncialem,  $\frac{1}{2}$  unciali latitudine confluentibus.

#### Trib. 7. VERSATILES.

- \*1257. 112. *S. scabrosa*, F. 79, passim ad ligna Bethl.  
 1258. 113. *S. podoides*, F. 79,  $\beta$ , Syn. Car. 48, freq. et Bethl.  
 \*1259. 114. *S. irregularis*, F. 80, rara in querc. ram. Bethl.  
 1260. 115. *S. friabilis*, F. 81, Syn. Car. 53, etiam Bethlehem.  
 1261. 116. *S. sordida*, F. 82, Syn. Car. 52, vulgaris Bethl.  
 1262. 117. *S. quercina*, F. 84, Syn. Car. 50, vulgaris Bethl.  
 \*1263. 118. *S. lanciformis*, F. 85, passim ad cortices, Bethl.  
 1264. 119. *S. ferruginea*, F. 86, Syn. Car. 89, in lignis Castan. freq.  
 \*1265. 120. *S. versatilis*, F. 90, traversim in Pruno Bethl.  
 \*1266. 121. *S. ceratosperma*, F. 81, Salem et Bethl.  
 \*1267. 122. *S. Hystrix*, F. 89, rarior in Acerinis, Salem.

1268. 123. *S. insitiva*, F. 93, Syn. Car. 37, frequens in Vitibus, Salem ac Pennsylv.
- \*1269. 124. *S. RADICALIS*, L. v. S., rarissime in radicibus emersis Fagorum Salem.  
*S. minuta*, prorumpens, pulvinulis minoribus cinnabarinis, irregularibus, subgyrosis (*S. gyrosam* habitu revocantibus). Sub crusta cinnabarina externa, cortice proprio atro-nitenti. Ostioliis cylindricis, intus aterritis, extus cinnabarinis, passim in superficie elevatis, faciliter deciduis—unde superficies atropunctato evadit, ob ductum atro-nitentem quo peritheciis connectuntur ostiola. Stromate subpulverulento lutescenti. Peritheciis minutis atris stromati irregulariter immersis. Pulvinuli vix excedunt bilinearem longitudinem et subrotundi sunt, gregarie erumpunt ex cortice radicum, subinde confluentes.
- \*1270. 125. *S. ANNULANS*, L. v. S., rarior in ramulis decorticatis variis lignis mollioribus, annulatim ramulum cingens inventa Salem et Bethl.  
*S. subpustulata*, annulatim confluens circum circa ramulum decorticatum, rarius solitaria. Pulvinulus quisque formam induit subconico-truncatam, ceterum lanciformis, concrescens cum fibris ligni, iisque longitudinaliter subtectus. In truncatura prominent ostiola, crebra, crassa, brevia, macrostomata. Peritheciis in stromate albo, collis atris brevibus in ostiola abientibus. Lignum saepe circum circa crusta quadam nigra induit. Invenitur etiam interdum longitudinaliter confluens, nec annulatim et saepe vestita in superficie pube fuscescente. Linea nigra in ligno circumscripta.
- \*1271. 126. *S. COLLECTA*, L. v. S., frequens in ramis junioribus Mori albae Bethl.  
*S. minor*, sparsa non confluens, pulvinulis subrotundis convexis, elevatis, atris, subruguloso-punctatis in superficie; Ostioliis indistinctis prominulis, stellatim epidermide cinctis. Peritheciis minutis globosis in stromate satis crasso aterritis, sed non ad basin immersis. Pulvinulis  $1\frac{1}{2}$  lin. longis et latis.
- \*1272. 127. *S. VARIOLOSA*, L. v. S., frequens in ramis junioribus Populi italici, &c. ex epidermide prorumpens, longe lateque confluens, et eam quasi variolosum reddens. Bethlehem.  
*S. gregarie confluens*, primum omnino epidermide tecta, nisi circum ostiola, demum subprorumpens, epidermide tamen hinc inde adhaerente. Pulvinulis satis elevatis, atris, rugosis, irregularibus. Ostioliis crebris, brevibus, difformibus. Peritheciis obovatis aut pyriformibus majusculis, immersis, pluribus seriebus, stromate candido. Extus atra, juniore aetate tamen cum ostioliis cinerascente-pulveracea.
- \*1273. 128. *S. SUBCONFLUENS*, L. v. S., transversim in ramis putridis Celastris prorumpens Bethlehem. Affinis secundum descriptionem *S. dispari* Friesii. Ambit inter Versatiles et Confluentes.  
*S. transversim prorumpens* aut longitudinaliter, forma orbiculata aut difformi, aterrita, valde protuberans, basi tantum epidermide cincta, crusta nigra circum circa effusa sub epidermide. In superiori parte pulvinuli aut caespites, perithecia subirregularia sed plerumque angulata, angulis acutis, adeo prominent, ut fere singula referunt, punctato-rugosa, papillata, demum pertusa. Intus perithecia globoso-ovata se ostendunt, immersa stromate parco, ex corticali substantia, aut ex subjacenti crusta nigra orto.
- \*1274. 129. *S. OBSCURA*, L. v. S., rarius obvia in lignis quercinis igni destinatis, Bethl.  
*S. majuscula*, sparsa, immersa in libro, per epidermidem stellatim fissam prorumpens. Crusta fuliginea late effusa tecta, tubercula efficit satis elevata, obtusa, subconica aut difformia, fusco-ferruginea, ostioliis indistinctis. Peritheciis flexuoso-gyrosis difformibus, fuliginis, per ductum album et excavatum cum tuberculo connexis. Stromate ex materia corticis.
- \*1275. 130. *S. SAMBUICIVORA*, L. v. S. Copia ingenti infestans ramos dejectos minore Sambuci canadensis. Affinis *S. scabrosae*, Bethlehem.  
*S. emergens*, demum superficialis, nigricans, longitudinaliter aggregatim confluens, quasi maculas elatiores efficiens, demum omnino cortice dejecto, superficie inaequali rugosa nec tamen crustacea exhibetur. Tuberculis singulis ovatis aut difformibus. Peritheciis majusculis, numerosis, polystichis, nigris, stipatis in quoque tuberculo. Stromate candido pulverulento statu vegeto circumdata. Ostioliis polygonis, prominulis, demum irregularibus, ime umbilicatis. Pro more secundum locum in ipso ligno aut cortice mire variat forma. Singulis tuberculis 2—3 linearis 1 alt.—sed plerumque occupantibus plures uncias longitudinaliter aggregatis.

## Trib. 8. CONCRESCENTES.

1276. 131. *S. DISCINCOLA*, L. v. S., Fr. 97, Syn. Car. 63. Hanc speciem distinctissimam nunquam

Pennsylvania inveni—et quidem specimina Caroliniana omnia Botanophilis Europaeis communicavi, ita ut mihi nunc desunt. Omnino alia quam *S. discreta* hujus libelli—olim pro ea sumpta.

1277. 132. *S. spinosa*, F. 98, Syn. Car. 84 et 85, nam *S. horrida* nil aliud. At sententia Friesii, p. 369, sequentem etiam nil aliud esse mihi non placet. Species est loco, forma perdistincta frequens Pennsylv.
1278. 133. *S. LIMAEFORMIS*, L. v. S., Syn. Car. 47 et 86, *S. penicillosa* cum priori jungenda sed non cum *S. spinosa*. Haec nostra nunquam in lignis, semper autem et quidem saepe ad 8—9 pedalem longitudinem in cortice crescit.
1279. 134. *S. spiculosa*, F. 99, Syn. Car. 83, rarius occurrit et in Pennsylvania ramis salicinis cortice orbatis.
1280. 135. *S. lata*, F. 100, Syn. Car. 66, vulgaris etiam Pennsylv. cum varietate  $\beta$  *polycocca*.
- \*1281. 136. *S. maura*, F. 101, frequens Bethlehem in ramis decorticatis.
- \*1282. 137. *S. lejoplaca*, F. 102, rarius, Hope, New Jersey.
- \*1283. 138. *S. miliaria*, F. 103, rarius in vetusto ligno ibidem.
- \*1284. 139. *S. decipiens*, F. 104, passim in cortice, Bethlehem.
- \*1285. 140. *S. subcutanea*, F. 105, sub epidermide juniorum ramorum Ribis, Bethl.
- \*1286. 141. *S. infernalis*, F. 106, optima species, Bethl.
1287. 142. *S. ACULEATA*, L. v. S., valde affinis *S. spiculosae*, sed semper et quidem frequentissime in caulibus emortuis maximarum Herbarum praesertim Phytolaccae, rarius Umbellatarum occurrit Bethl. ac Salem—longissime effusa.
- S.* longissime ac indeterminatim effusa, crusta tenui nigra, primum tecta epidermide tenerrimo per quem protruduntur ostiola longa teretia, initio tenui tum incrassata, et caulem talem tactu quasi aculeatum reddunt, demum epidermide orbata. Peritheciis omnino expertibus stromatis, ligno caulino ime immersis, depresso-globosis, atris, sparsis. Ostioli longissimis, saepe aetate difformibus, decumbentibus ac diffractis. Perithecia nunquam prominent. Saepe circumdat caules ad pedalem longitudinem. Quanquam species caulicola, ob summam affinitatem cum ceteris hujus sectionis, nullimodo ab his separanda.
- $\beta$  *artemismicola*, paulo crassior omnibus partibus, in caulibus emortuis Artemisiarum Horti.
1288. 143. *S. VIBURNI*, L. v. S., Syn. Car. 58, F. 107, et. Pennsylv.
1289. 144. *S. DIOSPYRI*, L. v. S., Syn. Car. 57, F. 108, nondum Pennsylv.
1290. 145. *S. VITICOLA*, L. v. S., Syn. Car. 64, F. 109, non in Pennsylv.
1291. 146. *S. Fimeti*, F. 110, Syn. Car. 158, caute distinguenda a *S. stercorea* simplicis. Carol. et Pennsylv.
- \*1292. 147. *S. lineata*, F. 111, rara Bethl. obvia.
1293. 148. *S. AEQUILINEARIS*, L. v. S., Syn. Car. 116, F. 113, solummodo Carolina in Berberidis canad.
- \*1294. 149. *S. oppansa*, F. 114. Ob crustam gelatinosam distincta. In cortice salicino, Bethl.
1295. 150. *S. FANNOSA*, L. v. S., Syn. Car. 172, F. 115 et. Bethl. elegans obvia.
- \*1296. 151. *S. floccosa*, F. 116, in Sambuci ramis, Bethl.
1297. 152. *S. velata*, F. 117, Syn. Car. 80, ramis tiliaceis Carol.
- \*1298. 153. *S. crustata*, F. 119, rarius Carolina in ramis.
- \*1299. 154. *S. subsecta*, F. 120, Bethlehem passim sub epiderm.
- \*1300. 155. *S. recondita*, L. v. S., sub epid. Ribis floridae Bethl.
- S.* primum cortice tecta, peritheciis ime reconditis in ligno, depresso-globosis, protrudentibus ostiola longissima rudia per corticem, passim per epidermidem prorumpentia et demum eum dejicientia. Tunc in spectum venit crusta quadam nigra sub epidermide effusa indeterminatim, quae manifestim ex gelatina sporidifera sparsa orta est.
- \*1301. 156. *S. CONCRESCENS*, L. v. S., species admodum distincta solummodo obvia in emortuis ramulis *Ribidis aureae* Hortorum Bethl.
- S.* crusta quadam ex massa corticis orta nigro-fusca tecta; transversim erumpens forma orbiculata aut utrinque angustata per epidermidem, disco quasi excavato, substellatim epidermide cincta et marginibus subelevatis praedito, bi-vel tri-linearis. In hac crusta, concrescunt perithecia numerosa, basi immersa, globoso-depressa, minuta, superne attenuata in ostiola cylindrica, crassiuscula, pro-minula. Peritheciis intus albo-farctis, demum formam mutantibus et quasi conico-cylindricis. Affinis *S. reconditae*, at habitu excavato disci bene distincta.

- \*1302. 157. *S. MORI RUBRAE*, L. v. S., in ligno putrido Mori rubrae Bethlehem. An ad Tribum Conatarum ?  
*S. nuda, crassiuscula, vix concrescens, sed semi-immersa, interdum plagis inaequalibus ½ uncialibus confluens, interdum subsimplex. Superficie valde inaequali rugosa, ostioli subprominulis, perforatis. Peritheciis majusculis monostichis immersis stromati fuligineo-nigro. Extus tota nigra.*
- \*1303. 158. *S. ELEVANS*, L. v. S., in truncis denudatis Rhois glabri Bethlehem, secundum descriptionem affinis *S. lignyotae* Friesii.  
*S. tecta, sed non cortice, sed fibris ipsis ligni, quibuscum longe lateque assurgit, superficiem nigrotingens et inaequalem reddens. Peritheciis stromate fuliginoso-pulverulento tectis, majusculis, globoso-depressis, circum ostiola majuscula quasi radiatim subcircinantibus. Superficies tactu exasperata ostioli prominentibus.*
- \*1304. 159. *S. RIVULOSA*, L. v. S., satis affinis *S. maurae* in dejectis Lauris aestiv. Bethl.  
*S. longissima, (pedalis) et lata, (uncialis) effusa, ligno primum subimmersa, inde ex fibris elevatis cinerascens, demum fere omnino emergens, ambitu effigurato, superficie rivulosa et undulata, proventiori aetate, longitudinaliter angustim sulcata, colliculosa et tunc aterrima. Ostioli in sulcis prominentibus, atris, subcylindricis, longiusculis, apice subtruncatis, rugosis perforatis. Peritheciis majusculis globosis, arcte stipatis, Stromate fuligineo tectis, monostichis. Stroma superne albescit.*
- \*1305. 160. *S. ELONGATO-COMPRESSA*, L. v. S., seriatim provenit in ligno denudato, Bethl.  
*S. plagis abbreviatis, valde elevatis, primum subimmersis compressis, ac seriatim longitudinaliter confluentibus, rugosis subdifforme-ellipticis, centro compresso subconice elevato. Ostioli difformibus parum prominentibus subglabris. Peritheciis globoso-depressis, paucis, majusculis fere expertibus stromatis, quod stroma ceterum nigrescit. Lignum quasi colliculosum reddit, sed non nigrescit inter plagas.*
- \*1306. 161. *S. CONFUSA*, L. v. S., in cortice et ligno Bethl.  
*S. late effusa, non ime immersa, concrescens, subeffigurata, atra. Peritheciis polystichis, superimpositis stromate fuliginoso, pulveraceo; obovatis, abientibus in ostiola rugosa subpyramidata angulato-aspera, demum pertusa.*
- \*1307. 162. *S. DENIGRATA*, L. v. S., in denudato ligno Rhododendr. max. Bethl.  
*S. late effusa, crustacea, crusta tenui nigra denigrans lignum. In hac observantur verrucae longitudinaliter elongatae ac parallelae subconfluentes ex congerie peritheciolorum ortae, quae hisimmersae, et serie erumpunt per ostiola minuta difformia parum elevata. Peritheciis ipsis albo-farctis depresso-globosis, sparsis in massa crustae immersis.*
- \*1308. 163. *S. MELA*, L. v. S., aff. *S. latae* Bethl. in ligno quercino denudato.  
*S. longe lateque effusa, crusta nigra, parum elevata saepe (an a fungo parasitico) superficie sub dematiosa; satis aequabili, aut tantum inaequabili ex subjacentis ligni rimis. Peritheciis nidulantibus in ipso ligno, non tamen ime immersis, globosis, subdepressis, extus fusciscentibus subnitentibus, collo longiusculo penetrantibus per crustam. Ostioli conice polygonis, nigris, subsuleatis, elevatis.*

## Trib. 9. CIRCUMSCRIPTAE.

1309. 164. *S. SACculus*, L. v. S., Syn. Car. 26, F. 123, truncis majoribus Bignoniae radicans Carolina nec alibi.
1310. 165. *S. BIGNONIAE*, L. v. S., Syn. Car. 25, F. pag. 379, Cl. Friesius imperfecta tantum specimina vidit. Loco citato diagnosis nostra et descriptio non bona.  
*S. mire varians. Junior pustulata ferrugineo-nigra, minor, conceptaculum formans sub corticem ceteris hujus tribus non dissimile, cortice fibroso subimmerso, ostioli umbilicatis cylindricis prominentibus. Demum in formam oblongam concrescens at 1—2 unciarum longitudinem e rimis longitudinaliter prorumpens, apicibus conceptaculorum truncatis. In truncatura conspiciuntur ostiola brevia crassa irregularia. Peritheciis mediocribus stromati cinereo-carneo immersis.*
- \*1311. 164. *S. gastrina*, F. 124, rara in ignoto ligno, Bethl.
1312. 165. *S. prunastri*, F. 126, Syn. Car. 91, etiam Pennsylv.
- \*1313. 166. *S. stelulata*, F. 128, in Ulmo et Platano, ibid.
- \*1314. 167. *S. enteroleuca*, F. 129, ramis denudatis, Bethl.
- \*1315. 168. *S. extensa*, F. 130, ibidem, Bethl.
- \*1316. 169. *S. anomia*, F. 131, frequenter occurrit in ramis Robiniae, Bethl.

- \*1317. 170. *S. monadelpha*, F. 132, rarior in fere destructis ramis Prunorum, Bethlehem, &c. Nova Anglia misit Torrey.
1318. 171. *S. Scoparia*, L. v. S., Syn. Car. 101, F. 125, rara Carolina.
- \*1319. 172. *S. Halseyana*, L. v. S., rarissima in cortice betulino ab amicissimo Abraham Halsey ex New York communicata.
- S. major*, pustulata, subrotunda, conceptaculis transversim confluentibus, ad longitudinem ac latitudinem semiuncialem, aeternis, 2—3 lineas altis, apice plano-truncatis, undique tuberculosus. Ostioli cylindricis, brevibus, confertis, cylindricis, crassiusculis, subtuberculosus. Primum epidermide tecta, quae semper arctim adhaeret. Peritheciis intus succenturatis polystichis, stromate albo-fuliginoso immersis—Stromate seorsum aucto, omnino fuligineo. Affinis *S. scopariae*, sed ostiola multo breviora, crassiora, et magis cum conceptaculo concrecentia.
- \*1320. 173. *S. haustellata*, F. 136, in quercinis ram. Bethl.
1321. 174. *S. syngenesia*, F. 133, Syn. Car. 99, tumida; et Bethl.
1322. 175. *S. PUGILLUS*, L. v. S., Syn. Car. 107, F. 135, in putrido ligno etiam Pennsylvania obvia, quanquam rara.
- \*1323. 176. *S. cerviculata*, F. 136, vulgaris Bethl.
- \*1324. 177. *S. fibrosa*, F. 139, in cortice Ulm. Bethl.
1325. 178. *S. corniculata*, F. 138, Syn. Car. 97, Carolina.
1326. 179. *S. Carpini*, (Betuli) F. 140, Syn. Car. 96, et Pennsylv.
- \*1327. 180. *S. hixivia*, F. 141, in cortice Juglandis cinereae, Bethl.
1328. 181. *S. JUGLANDICOLA*, L. v. S., Syn. Car. 102, F. 142, etiam passim Pennsylv. in Juglandis tomentosae et albae cortice.
- \*1329. 182. *S. FRUSTRUM CONI*, L. v. S., rarius in radicibus arborum prominentibus, Bethl.
- S. cortice innata*, ex epidermide radices prorumpens; conceptaculis nigris exacte forma frustrum coni referentibus, apice truncatis, furfure pulveraceo rubiginoso in truncatura tectis, ex quo prominens ostiola cylindrica perforata, nigra. Stromate intus omnino deficiente, conceptaculum totum expletum peritheciis pyriformibus arcte stipatis, quasi circinatim dispositis et in collum conjunctis, circumdatis materia corticali. Basi vix circumscripta.
- \*1330. 183. *S. TOXICI*, L. v. S., frequens in sarmentis et ramis Rhois radicans.
- S. conceptaculis majusculis*, subrotundis, nigris rugosis, primum tectis, demum cortice orbatis, saepe longitudinaliter confluentibus. Ostioli centro aggregatis, teretibus obtusis; interdum difformibus et apice quasi stellatis. Peritheciis oblongis, stipatis seorsum in collum junctis, fuliginosis nec nigris. Stromate parco albescenti, demum fuligineo circumdatis. Basi conceptaculi clausa. Variat magnitudine.
- \*1331. 184. *S. RUBINCOLA*, L. v. S., frequens in stipitibus Rubi in hortis dejectis et jam fere consumptis putridine, Bethl.
- S. interiori cortice adnata*, demum excussata, foveolas linquens; orbiculata, centro depressa ubi assurgunt ostiola rugosa; gregatim confluens, priori satis affinis. Primum epidermide tecta et tam ime in cortice defossa ut sola ostiola prominent, demum assurgens ac omnino liberata. Peritheciis majusculis, paucis, depresso-globosis, stromate albo-pulverulento circumdatis. Conceptaculum interdum coronatum est unico ostiolo, cylindrico, ore dilatato—interdum pluribus divergentibus.
- \*1332. 185. *S. ALLOSTOMA*, L. v. S., in disco et ad latera trunci magni caesi Robiniae prope Lancaster obvia, valde polymorpha. Etiam ex Nova Anglia Dr Torrey communicavit. Primo ad aspectu conceptacula ubi maxime confluent varietatem *S. spinosae* referunt.
- S. primum ligno ipso immersa*, longe lateque confluens, ostioli tantum globoso-stellatis, prominentibus; demum assurgens et fere libera. Conceptaculis tum ut in prioribus, sed magis et quidem latitudine etiam confluentibus. Ostioli rigidis, tereti-difformibus, apice plerumque dilatatis. Peritheciis majusculis, stipatis, fere omnino sine stromate, collo in ostiola abientibus. Plagae conceptaculorum confluentium, demum quasi crusta conjunctae et ei insidentes. Hoc modo crescendi maxime a prioribus distat.
- \*1333. 186. *S. OLIGOSTOMA*, L. v. S., frequens in interiori cortice ramorum Castaneorum epidermide orbat, Bethl.
- S. minor*, orbiculata, pustulata. Conceptaculo saepe concentricè annulato, medio depresso, nigro, in collum crassiusculum attenuato, in cujus apice conspiciuntur ostiola minuta, parum prominula, saepe

unicum. Peritheciis immersis stromati mere e corticis substantia ferrugineo, minutis adpressis, sacculo albo conspicuo. Versus basin conceptaculo subevanido. Affinis *S. ferrugineae*.

- \*1334. 187. *S. AMORPHOSTOMA*, L. v. S., rarius in cortice *Gleditsiae*, Bethl. cultae.  
*S. tecta*, ostiolis solummodo prominulis, compresso-diformibus, corneis, tuberculosis, fusciscentibus, saepe quasi villosis (ex *Cladosporio* quodam parasitico?): ceterum conceptacula sparsa, cortice innata nec confluentia. Peritheciis majusculis pro ratione, globosis, in collum longiusculum junctis, et intus stromate fuliginoso circumdatis. Ut prior species basin versus conceptaculum quasi evanescentem habet.
- \*1335. 188. *S. RADICIVM*, L. v. S., ex radicibus arborum caesorum defossis ac aere expositis Bethl. prorumpens.  
*S. tuberculo* aut conceptaculo nigro, basi subrotunda, subelevato, firmo, cortice nempe crasso, apice inaequaliter truncato. Peritheciis crebris, polystichis, oblongis et obovatis. Ostiolis cylindricis, stipatis, in disco demum sparsim aut densim protrusis. Stromate parco lutoso intersperso.
- \*1336. 189. *S. CONSPURCATA*, L. v. S., passim in ramis quercinis ad ignem destinatis, Bethl.  
*S. conceptaculo* majusculo, nigro, sed externe massa quadam fuscescente conspurcato, basi effuso in crustam concolorem et eodem modo conspurcatam. Pluribus saepe confluentibus, sub epidermide rupto, et stellatim revoluto. Peritheciis majusculis, subcircinnantibus in conceptaculo, compressis, collis elongatis conjunctis, et stromate cinereo-fuscescente circumdatis, intus farctis massa subcornea. Disco convexo, nigro, primum fusco-pulveraceo longe protuberante, demum oblitterato ostiolis crebris teretibus spinulosis, aeterrimis.
- \*1337. 190. *S. MODESTA*, L. v. S., prorumpens sub epidermide juniore ramorum Ulmi Bethl.  
*S. Conceptaculo* sublibere increscens libro corticis sub epidermide, tuberculum sistens rotundum subelevatum; demum prorumpens epidermide revoluto fixo cinctum. Disco nigro-fuscescente. Ostiolis nigris subprominulis, longiusculis, densis, ex tereti-conicis deciduis, in disco. Stromate cinereo albo quo nidulant perithecia. Diametro conceptaculi 2—3 lineari.

## Trib. 10. INCUSAE.

1338. 191. *S. nivea*, F. 143, Syn. Car. 94, freq. in malis Bethl.  
 1339. 192. *S. leucostoma*, F. 145, Syn. Car. 95, in Persicis vulgata.  
 \*1340. 193. *S. cincta*, F. 144, major priori, pustulata in ramis tenerimis Carolina obvia.  
 \*1341. 194. *S. melastoma*, F. 147, in Malo Bethlehem.  
 1342. 195. *S. microstoma*, F. 148, Syn. Car. 98, et. Pennsylv.  
 \*1343. 196. *S. melasperma*, F. 153, Cortice Betul. Pennsylv.  
 1344. 197. *S. scutellata*, F. 154, Syn. Car. 92 et. Pennsylv.  
 \*1345. 198. *S. taleola*, F. 157, passim Bethl. ad ramos.  
 \*1346. 199. *S. profusa*, F. 158, in juniorib. Robiniis Bethl.  
 \*1347. 200. *S. dissepta*, F. 159, cortice betulino, Bethl.  
 1348. 201. *S. tessella*, F. 160, Syn. Car. 114, frequens etiam Pennsylv. in ramis salicinis.

## Trib. 11. OBVALLATAE.

1349. 202. *S. ciliata*, F. 161, Syn. Car. 90, rara et Pennsylv.  
 \*1350. 203. *S. tortuosa*, F. 162, rarissime obvia in ramo pineo Peridermio pini infesto, Camden, New Jersey.  
 1351. 204. *S. coronata*, F. 163, Syn. Car. 105, solummodo in *Bignonia capreolata* (non ut lapsu calami in Synopsi dicitur in *B. radicans*) Carolina.  
 1352. 205. *S. LIQUIDAMBARIS*, L. v. S., Syn. Car. 103, F. 165, ramulis junioribus Liquid. styracifluae.  
 \*1353. 206. *S. COMPTONIAE*, L. v. S., transversim erumpens ex rimis corticis Comptoniae, immersa interiori cortice Bethlehem.  
*S. subpustulata*, prorumpens more *S. tortuosae*; tuberculo basi difformi, conice elevato, subtruncato, aeterrimo, nigro-farcto. Peritheciis etiam nigro-farctis subcircinnantibus. Ostiolis rugosis longis acuminatis, conniventibus. Ambit inter hanc sectionem et sequentem.  
 \*1354. 207. *S. decorticans*, F. 166, in Syringae ram. Bethl.  
 \*1355. 208. *S. deformis*, F. 170, in ramis quercinis, Bethl.  
 \*1356. 209. *S. leiphaemia*, F. 171, freq. Bethl. et Salem.  
 \*1357. 210. *S. suffusa*, F. 172, in cortice Alni et Salicis, Bethl.

- \*1358. 211. *S. melastroma*, F. 173, cortice Ulmi Salem.  
1359. 212. *S. turgida*, F. 175, Syn. Car. 109, *faginea*, Pennsylv. et Car.
- \*1360. 213. *S. clopima*, F. 176, in virgultis Bethlehem.  
1361. 214. *S. salicina*, F. 177, Syn. Car. 114, et. Pennsylv.  
1362. 215. *S. VITIS*, L. v. S., Syn. Car. 117, F. 178, rarior et. Bethl.  
1363. 216. *S. capsularis*, F. 179, Syn. Car. 106, Carolina.  
\*1364. 217. *S. ambiens*, F. 182, vulgaris et. Pennsylv. et Carol.  
\*1365. 218. *S. leucopis*, F. 179, in ramis Syringae, Bethl.  
1366. 219. *S. stilbostoma*, F. 182, Syn. Car. 111 et 113, et. Pennsylv.  
\*1367. 220. *S. tessera*, F. 183, rara in cortice Coryli Bethl.  
\*1368. 221. *S. dolosa*, F. 184, in emortuis ramis Celastris.  
1369. 222. *S. Radula*, Syn. Pers., Syn. Car. 93. Passim a me olim amicis sub nomine *S. vulgatissimae* communicata. Nullimodo nostra ad *S. leiphaemiam* pertinet. Fere semper et quidem vulgatissima occurrit plagis latis longisque confluens sub epidermide et arcte tecta, ostiolis solummodo radulantis plus minusve prominentibus—plerumque satis regulariter pentagonis. Peritheciis stromate albicanti, ex corticali massa, circumdatis—sine conceptaculo nec nigro-circumscriptis, majusculis. Caespites ostiolorum quasi seriatim prominent. Variis ramis, in populinis apprime.
- \*1370. 223. *S. sphinctrina*, F. 174, in cortice Catalpae et Juglandis nigrae rarior, Bethlehem.
- \*1371. 224. *S. VARIOLARIA*, L. v. S., frequens Bethlehem sub epidermide, v. c. Tiliarum.  
*S. subpustulata*, confluens sub epidermide laevi plagis variolosis longis latisque, arcte tecta; ostiolis ex epidermide stellatim fisso prominentibus, in disco primum fuscescente demum oblitterato, minus angulatis ac multo brevioribus quam in priori. Peritheciis quidem suberectis circinnantibus, stromate parco, albescente circumdatis absque conceptaculo. Linea nigra, plura individua, saepe totas plagas in ima cortice circumscribens, sectione horizontali facta, observatur. Multo minus super corticem elevata quam prior.
- \*1372. 225. *S. PLATANI*, L. v. S., frequentissima erumpens ex epidermide Platani, Bethl.  
*S. pustulata* plagis maximis aggregata sub epidermide, sed pustulis singulis, multo minoribus quam in prioribus, non revera confluentibus: arcte tecta epidermide circum ostiola stellatim fisso. Ostiolis in fuscescenti disco, primum punctiformibus, demum subprominulis, tum disco oblitterato. Stromate albescente multo crassiori quam in prioribus et interdum in disco prorumpente. Peritheciis aterrimis splendentibus per stroma quidem assurgentibus sed subtile in ipso cortice, absque stromate nidulantibus. Vix nigro-circumscripta.
- \*1373. 226. *S. GONIOSTOMA*, L. v. S., Syn. Car. 104, *pentagona*, non est *S. pentagona* Personi nec ad tribum Circinnatarum pertinet, omnino potius prioribus affinis. Seriatim ac pustulatim ex rimis corticis juniorum ramorum Sassafrae, Bethlehem ac Salem prorumpit.  
*S. pustulata*, arcte epidermide tecta, ostiolis pentagonis seu tetragonis stipatim prominulis, aterrimis, disco nullo. Peritheciis nigris erecto stipatis, circinnatim locatis in ipso cortice absque ullo stromati, junctis in collum breviusculum, quibusdam majusculis aliis multo minoribus: nullimodo circumscriptis.
- \*1374. 227. *S. CONCEPTATA*, L. v. S., sub cortice Gleditsiae, Bethl.  
*S. non pustulata*, gregaria erumpens, sub epidermide subeffusa, disco primum fusco nigro convexo, demum oblitterato, ostiolis, stellatim angulatis, parum prominentibus. Peritheciis variis subcircinnatim nidulantibus in stromate corticali, albo, absque ullo conceptaculo; sed pluribus caespitulis in unum conceptatis linea nigra, ime in corticem ad ipsum lignum penetrante.
- \*1375. 228. *S. PAPIRIFERAE*, L. v. S., frequens in junioribus ramis Mori papyriferae Bethl. cultae.  
*S. epidermide tecta*, gregatim ambiens ramulos et valde elevans epidermidem, demum stellatim fissam, sub qua conspiciuntur pustulae, disco atro rugoso truncato protruso. Ostiolis demum brevibus, difformibus, umbilicatis in disco emergentibus. Peritheciis paucis, majusculis, globosis, in stromate lacteo albo, conceptaculo quasi incluso, nigro corticato. Caespitulis quidem parvis sed adeo elevatis, ut ramulum variolosum reddunt.
- \*1376. 229. *S. CEANOETHI*, L. v. S., frequens in emortuis stipitibus Ceanothi, Bethlehem.  
*S. subpustulata*, arctim epidermide tecta, solis ostiolis prominentibus, crebris, aterrimis, nitentibus, teretibus, perforatis. Peritheciis suberecto-circinnantibus, in stromate corticali: albo-farctis, pyriformibus ac difformibus. Pustulae minutae.  $1\frac{1}{2}$  lineari diametro.
- \*1377. 230. *S. INDISTINCTA*, L. v. S., in ramis junioribus Sassafrae. Proxima *S. variolariae*.

- S. sparsa*, sub epidermide tumidulosa et arcte ab epidermide, vix fissa, nec revoluta cincta. Ostiolis solis parum elevatis, angulatis, nigris, crassis, saepe succum nigrum spargentibus, prominentibus. Peritheciis tribus vel quatuor majusculis atris nidulantibus in stromate corticali vix colorato.
- \*1378. 231. *S. QUADRIFIDA*, L. v. S., in ramis et truncis Vaccinii corymbosi, Bethl.  
*S. primum obtecta*, tractu longitudinali gregarie crescens et tuberculum corticale efficiens, bilineari latitudine, stellatim tectum epidermide adhaerente, satis elevatum. Ostiolis crassis brevibus aterrimis, plerumque quadrifidis, obtusis. Peritheciis majusculis, 3—4 numero, atro-nitentibus, nidulantibus in stromate mere corticali, ovatis, suberectis.

## Trib. 12. CIRCINNATAE.

- \*1379. 232. *S. ciliatula*, F. 185, sub libro Betular. Bethl.  
 1380. 233. *S. pulchella*, F. 186, Syn. Car. 108 frequens praesertim sub cortice Prunorum. Occurrit Bethlehem denudata et semipollicari diametro circinnans.
- \*1381. 234. *S. aperta*, F. 188, sub cortice Populi italicae, Bethl.  
 \*1382. 235. *S. vasculosa*, F. 190, eximia; Beth. in Pruno.  
 \*1383. 236. *S. conjuncta*, F. 191, etiam in Prunis ibidem.  
 \*1384. 237. *S. thelebola*, F. 193, in Junipero virg. juniore, ibid.  
 1385. 238. *S. umbilicata*, F. 194, Syn. Car. 113, et. Bethl.  
 1386. 239. *S. quaternata*, F. 195, Syn. Car. 110, et. Pennsylv.  
 \*1387. 240. *S. furfuracea*, F. 196, in ramo Tiliae Bethl.  
 \*1388. 241. *S. vestita*, F. 197, ramis Rib. floridae, Bethl.  
 \*1389. 242. *S. acclinis*, F. 198, rara ramis Sassafras, Salem.  
 1390. 243. *S. convergens*, F. 199, Syn. Car. 112. In Pennsylv. plerumque obvia in ramis Rosae corymbosae.
- \*1391. 244. *S. pusilla*, F. 199, b. Bethlehem frequens obvia in societate *S. velatae* sub cortice Castanearum. Saepe ingenti copia aggregata. Olim pluribus sub alio nomine communicavi.
- \*1392. 245. *S. abnormis*, F. 200, rara Bethl. in Sambuco.  
 1393. 246. *S. DIVERGENS*, L. v. S., Syn. Car. 123, F. pag. 416, rara in Liquidambari Carolina. Omnino ad hunc tribum pertinet. Conceptaculum aut receptaculum loco citato descriptum plane accessorium est. Non rara fuscescit.
- \*1394. 247. *S. SCABRISETA*, L. v. S., in crusta aliarum Sphaeriarum sub cortice Castaneo rarior Bethlehem.  
*S. irregulariter circinnans*, nudiuscula. Peritheciis globosis nigris et fuscis valde tuberculosi. Ostiolis longissimis flexuosis, undique scabris, pilis nempe obsitis minutis fuscis, subpellucidis. Minor est *S. pulchellae* cui affinis. Interdum sola ostiola ex epidermide fissa prorumpunt.
- \*1395. 248. *S. RUFESCENS*, L. v. S., frequens sub epidermide Rhois glabri Salem et Bethl.  
*S. circinnatim nidulans* in ipsa corticis substantia, qua rufescente regulariter tecta. Ostiolis centralibus longissimis, teretibus, decumbentibus, flexuosis, divergentibus, per rimas epidermidis prorumpentibus, saepe albo-pruinosis, et quodammodo Cenangium conspersum referentibus. Peritheciis nigris orbiculatis in foveolis corticalibus absque ullo stromate, depresso-decumbentibus.
- \*1396. 249. *S. EXPERS*, L. v. S., frequens in ramulis teneris Rosae corymbosae Bethlehem, affinis *S. ambienti*, sed disci aut ullius stromatis expers.  
*S. immersa*, epidermide tecta, peritheciis vix in substantiam corticis penetrantibus, eleganter orbiculatim circinnantibus suberectis, nigris, collo brevissimo junctis, disco nullo. Ostiolis brevissimis crassiusculis, aterrimis, subumbilicatis, prospicientibus ex rimis epidermidis.
- \*1397. 250. *S. RIMICOLA*, L. v. S., (olim *S. asplenifolia* mihi) passim in rimis transversalibus ramorum juniorum Comptoniae asplenifoliae Bethlehem.  
*S. circinnata*, suberecta, minutissima; in rimis hiantibus epidermidis aut potius corticis, observantur pustulae immersae cortice interno rufescenti, et ab eo arcte tectae. Ostiolis aterrimis centralibus, teretibus, cylindricis, glabris, arcte stipatis, parum prominulis, pressione perithecorum sed absque ullo disco invicem junctis. Peritheciis paucis ovato-compressis, albo-farctis.
- \*1398. 251. *S. RHIZINA*, L. v. S., in radice Rhododendri—affinis priori, Bethl.  
*S. circinnata*, arcte tecta cortice interno, ostiolis teretibus pertusis subdivergentibus, orificio amplo, primum interdum papillato. Peritheciis densim circinnantibus, valde depressis, crebris, olivaceo-nigris, albo-farctis, minutis, nidulantibus in foveolis corticalibus absque ullo stromate.



- \*1399. 252. *S. ACULEANS*, L. v. S., passim in truncis ramisque *Rhois typhinae* Bethl. protuberantibus ostiolis, ramum tactu quasi aculeatum reddens.  
*S. subcircinnata*, minor, pustulis undique in ramo sparsis, satis elevatis cum epidermide arcte cingente. Peritheciis nidulantibus in stromate fusciscente omnino corticali, atris, albo-farctis, subdecumbentibus aut erectis, in collum longiusculum coalitis. Collo fusciscente protruso, demum ostiolis spinulosus frequentibus oblitterato. Ostiolis ipsis teretibus subacutis, primum saepe glaucopruinosus, aterrimis ceterum.

## Trib. 13. CAESPITOSAE.

1400. 253. *S. cinnabarina*, F. 201, Syn. Car. 118, freq. et. Bethl.  
 \*1401. 254. *S. VERRUCOSA*, L. v. S., frequens in Moro et Sassafras, Bethl.  
*S. caespitosa*, in stromate applanato, incarnata, ac rubro-coccinea. Peritheciis minoribus globosis, basi autem quasi contractis, ubi stromate insident, crebris, vix collabescentibus, circumcirca verrucoso-tuberculosis; ostiolis minutis papillatis. Intus rubris. Differt a priori magnitudine et peritheciis verrucoso-punctatis, nec tam manifestum decolorantibus.  
 1402. 255. *S. coccinea*, F. 202, Syn. Car. 119 et. Bethl. cum variet.  
 1403. 256. *S. Ribis*, F. 203, Syn. Car. 121 (appendiculata) et. Pennsylv.  
 1404. 257. *S. populina*, F. 205, Syn. Car. 120, etiam Pennsylvania.  
 \*1405. 258. *S. micheliana*, F. 206, Bethlehem in cort. quercino.  
 \*1406. 259. *S. conglobata*, F. 207, in Corylo Bethl. var. b.  
 1407. 260. *S. cucurbitula*, F. 209, Syn. Car. 133, vulgaris Bethl.  
 \*1408. 261. *S. punicica*, F. 210, in Viburno dentato Bethl.  
 1409. 262. *S. Berberidis*, F. 211, Syn. Car. 129, non in Pennsylv.  
 1410. 263. *S. varia*, F. 213, Syn. Car. 128, in prunis et. Bethl.  
 \*1411. 264. *S. naucosa*, F. 212, rara obvia Bethl.  
 \*1412. 265. *S. acervata*, F. 214, in ramis populinis ibid.  
 1413. 266. *S. cupularis*, F. 215, Syn. Car. 132, freq. et. Pennsylv.  
 \*1414. 267. *S. pulicaris*, F. 217, ram. sambucinis Bethl.  
 \*1415. 268. *S. inversa*, F. 208, in castaneorum et quercuum ramis praesertim igni destinatis, Bethl.  
 1416. 269. *S. MORBOSA*, L. v. S., Syn. Car. 134, F. 218. Multo frequentius occurrit Pennsylvania quam Carolina. Haec Sphaeria aequae paradoxa quam lethalis pestis, nobis in plerisque Prunis indigenis obvia. Nec autem in Pennsylvania, nec in Carolina unquam inventa, arbores indigenarum specierum destruens. Prunis Cerasis autem cultis, praesertim his, nobis nomine "Amarellae" morbum lethalem infert. Ante 40 annos haec varietas Cerasorum vulgata erat v. c. Bethlehem. Paucis annis post, fere omnes destructi sunt, combinato furore hujus fungi et Cynipis, operibus cujus semper insidet, et id adeo, ut Pomologi nostri ad hanc diem novos restituere non valeant. Interim Pruni variae, e. g. Hungaricae, Reine Claude, &c. nuper introductae et assidue cultae, eximie florebant nec unquam huic morbosae pesti succubuerunt. Nuperrime autem et in his omnibus Cynips, fungusque inceperunt saevire, et quidem magnitudine semper maxime aucta, sistentes tumores ad sesquipedalem longitudinem extensos—sed non tam dense onustos peritheciis quam in ramulis Cerasorum veniuntur. Exoptandum remedium hujus morbi nondum inventum.  
 \*1417. 270. *S. TUMORUM*, L. v. S., passim in tumoribus istis ramealibus (an ictu Cynipis ortis) quibus rami quercini vigentes, interdum totae arbores mire modo infestantur. Bethlehem.  
*S. caespitosa* (passim simplex) tumoribus insidens, ex quorum substantia, sine manifesto stromate quasi prorumpunt. Peritheciis globoso-diformibus, papillatis, rugosissimis, intus albo-farctis.  
 \*1418. 271. *S. OCHROLEUCA*, L. v. S., in variis arboribus frondosis—satis distincta a *S. cinnabarina*, Bethlehem et Salem.  
*S. caespitosa*, stromate oblitterato, sed nunquam omnino deficiente. Peritheciis ovatis et obovatis, junioribus subcylindricis, ochroleucis, glabris, minutis, creberrime aggregatis, polystichis, caespitulis subeffusis, confluentibus tamen semper subpulvinatim elevatis: demum passim collapsis sed non pezizoides, minutim papillatis, intus concoloribus nec unquam decolorantibus.  
 \*1419. 272. *S. MOLLUSCULA*, L. v. S., in lignis cariosis emollitis nidulans, in stromate parum elevato, nigro-fusco, in faveolis ligni sito. Substantia perithecorum primum molluscula. Salem.  
*S. caespitosa*, molluscula, demum indurata. Stromate applanato ejusdem indolis, peritheciis majusculis insidentibus, oblongo-ovatis, eleganter fuscis, demum extus pulverulentis: ostiolis deciduis,

brevibus, nigro-nitentibus, peritheciis demum pertusis ore subnitenti-nigro (post dejectionem ostiolorum)—nunquam collapsis Caespituli vix bilineares. Stroma demum pulveraceum. Quodammodo abiens ad Periphaericas.

- \*1420. 273. *S. MEZEREI*, L. v. S., ex rimis epidermidis *D. Mezerei* in hortis, Bethl.  
*S. caespitosa*, plerumque flexuosim ex rimis epidermidis prorumpens, insidens stromati plus minusve effuso ex massa corticali nigro-tincta orto. Peritheciis aut omnino separatis (tum ex cylindrico-conicis, nigris, basi attenuatis, apice abientibus in ostiola acuta) aut in centro caespituli inter se confluentibus. Intus cavis.
- \*1421. 274. *S. CELASTRI*, L. v. S., in ramentis *Celastri* scandentis Bethlehem rarior.  
*S. caespitosa*, erumpens in stromate Tubercularioideo extus fuscescente, intus pallide lutescenti, subpulvinato, et huic circum circa insidens. Peritheciis dense sitis sed non accumulatis, globoso-ovatis, corrugato-rugosis; ostiolis obsoletis, ceterum brunneo-fuscis; magnitudine *S. cinnabarinæ*: Faciliter excedit aequae ac stroma; ab epidermide stellatim fissis circumdantur caespituli regulares. Perithecia demum indurescunt sed non collapsa inventa sunt.
- \*1422. 275. *S. JUNIPERICOLA*, L. v. S., minuta; frequens in cortice *Juniperi virginianæ* Salem et Bethl.  
*S. caespitosa*, erumpens, stromate oblitterato. Peritheciis pro ratione majusculis paucis in quoque caespitulo, saepe confluentibus ac globoso-depressis, aterrimis, rugulosis. Ostiolis minutissimis deciduis, tum ore aperto, per quod conspicitur massa interior alba. Faciliter ex epidermide excutuntur perithecia, faveolos linquentia.
- \*1423. 276. *S. STIPATA*, L. v. S., etiam in cortice juniperino, Bethlehem.  
*S. caespitosa*, caespitulis variis, plurimis minutis, prorumpentibus ex epidermide stellatim fissis; aliis majoribus in rimis corticis sitis, stromate nigro suboblitterato. Peritheciis ipsis etiam variis, quibusdam difforme-globosis majoribus, aliis minutis, omnibus nigris rugulosis. Ostiolis brevibus difformibus, saepe deficientibus; ceterum intus cavis, sacculo fuscescente praeditis, nec albifartis. Arcte stipata sunt perithecia, nisi in minoribus caespitulis, ubi interdum simplicia occurrunt.
- \*1424. 277. *S. DEMATIOSA*, L. v. S., frequens in ramulis *Platani* ac in *Mori*, affinis *S. cinnabarinæ* sed multo minor, Bethlehem.  
*S. caespitosa*, ex epidermide prorumpens, stromati basilari applanato. Peritheciis paucis globosis, glabriusculis, ex colore rubro in nigro-fuscum decolorantibus, indistincte ostiolatis, collapsis, undique pilis brevissimis subpellucidis dematosis tectis. Faciliter excutuntur et faveolos linquent. Caespitulis vix semilinearem diametrum superantibus.
- \*1425. 278. *S. SUMACHI*, L. v. S., eximia et majuscula species ad sequentem tribum spectans, rarius sed tum magna copia occurrit in *Rhoi* glabro (vulgo "Sumach") Bethl.  
*S. caespitosa*, peritheciis subconfluentibus, in stromate nigro, suboblitterato. Caespitulis majusculis difformibus ex epidermide prorumpentibus. Junior peritheciis crusta quadam nigra connatis. In adulta fere peritheciis liberis manifestim ostiolatis, majusculis, difformibus et invicem varie compressis gaudet. Sacculus internus albus manifestus, includens vigente statu, massam nigram gelatinosam spermaticam, demum evacuatus. Caespituli flexuosi ad tres lineas extensi.
- \*1426. 278. *S. PUBENS*, L. v. S., in junioribus ramis *Robiniae*, Bethl.  
*S. nigra*, peritheciis pubentibus, sed ceterum adeo accedit ad *S. elongatam* sequentis sectionis, ut vix specie distinguenda.
- \*1427. 279. *S. VAN VLECKII*, L. v. S., passim inventa Salem cum epidermide fibroso *Bignoniae* radicantis concrescens. Modo crescendi, habitu et ad aspectu omnino abnormis, unde eam olim pro *S. coronata* sumpsi.  
*S. irregulariter caespitosa*, in stromate atro, subpulveraceo, cortici interiori, aut ipso ligno subaffixo, difformis et faciliter decedente, stroma hoc, crassiusculum, primum omnino tectum epidermide fibroso-subsoluto, peritheciis jam tum evolutis, quibuscum assurgit et truncum infestatum longe lateque quasi variolosum reddit. Denique per fibros prospiciunt ostiola, perithecia et caespituli ipsi, corticemque dejiciunt. Peritheciis ipsis cylindrico-globosis, nigris, rugosis, vix inter se confluentibus sed a fibris solutis saepe separatis. Ostiolis longis, rostellatis, intermixtis brevioribus, divergentibus, demum deciduis. Peritheciis juventute albifartis, demum evacuatis.
- \*1428. 280. *S. HYPERICI*, L. v. S., rarior Bethlehem in cortice fruticum *Hyperici* hortis culti, affinis priori quodammodo.  
*S. caespitosa*; junior confluentibus, demum peritheciis liberis. Caespitulis semper forma utrinque acuminata, longitudinaliter confluentibus, seriatim ex epidermide prominentibus. Stromati nigrofusco

quasi concavo, insident perithecia nigra, primum connata crusta ex qua sola ostiola protrudunt, demum omnino libera, globosa aut ovata, rugosa, ostiolata sese ostendunt. Ostiolis conico-papillatis, brevibus. Peritheciis evacuatis, intus atris—deciduis saepe ex stromate. Tum stroma, concavum et forma quadam naviculari, foveolis deciduorum peritheciolorum notatum, epidermide fisso circumdatum se ostendit. Similitudo quaedam adest juniore aetate cum Sphaeriis concretescentibus. Caespituli minores.

- \*1429. 281. *S. ATROFUSCA*, L. v. S., in ramis Staphyleae trifoliatae Bethlehem format minores caespites. S. caespitulibus lineam vix excedentibus, sed copiosim et tractu lineari prorumpens ex epidermide ab eo stellatim fisso cincta, caespitulibus vix confluentibus Peritheciis insidentibus stromati palpabili, tamen facilliter ex materia corticali excusso, ceterum statu vegeto atrofusca, conicis, subpellucidis, ostiolis simplicibus cum perithecio confluentibus; statu sicciori, collapsis non tamen pezizoideis, sed potius compressis aut omnino irregulariter collapsis, nigrescentibus. Peritheciis minutissimis.
- \*1430. 282. *S. PARASITANS*, L. v. S., rara species et valde memorabilis, occupat Tuberculariam in consorcio *S. cinnabarinæ* in Robinia Bethl.
- S. caespitosa, minuta, parasitans in Tubercularia quam interdum omnino occupat, sibi tamen vindicans stroma proprium nigrum, cui aetate maturo insident perithecia numerosa, se insuper aggregata, aeterrima, subconico-diformia, tuberculosa, primum molliuscula, demum collapsa, manifestum ostiolata. Intus plerumque evacuata inveniuntur. Inter mixtam *S. cinnabarinam* ter minutie excellit.

#### Trib. 14. CONFLUENTES.

1431. 283. *S. GYROSA*, L. v. S., Syn. Car. 24, F. 221, specimina pulcherrima amicissimus Torrey ex Nova Anglia misit. Saepe cum variis Tuberculariis concretescit et summo jure ad hunc tribum a Cl. Friesio refertur.
1432. 284. *S. QUERCUM*, L. v. S., Syn. Car. 125, F. 223; et. Pennsylv.
1433. 285. *S. CASTANAEAE*, L. v. S., Syn. Car. 124, F. 224, et. Pennsylv.
1434. 286. *S. CALYCANTHI*, L. v. S., Syn. Car. 126, F. 225, et. Pennsylv.
1435. 287. *S. GLEDITSIAE*, L. v. S., Syn. Car. 31, F. 226, et. Pennsylv.
1436. 288. *S. INSIDENS*, L. v. S., Syn. Car. 122, F. 228, et. Pennsylv.
- \*1437. 289. *S. elongata*, F. 230, in Robinia Bethl. frequens.
1438. 290. *S. fissa*, F. 234, Syn. Car. in Rosis etiam, Pennsylv.
- \*1439. 291. *S. mutila*, F. 235, passim in populinis Bethl.
1440. 292. *S. mucosa*, F. 238, Syn. Car. 67, et. freq. Pennsylv.
- \*1441. 293. *S. melogramma*, F. 222, rarior in Fago Pocono.
- \*1442. 294. *S. fuliginosa*, F. 231, in ramis salicinis Bethl.
- \*1443. 295. *S. SUBCONNATA*, L. v. S., satis frequens, prorumpens ex epidermide caulium Gossypii, Salem, Carolina.
- S. caespitosim confluens, elliptice prorumpens ex tenero epidermide, vix linea longa, aeterrima, Peritheciis difformibus paucis, pro ratione majusculis, apice applanatis aut irregulariter subcollapsis, papillato-ostiolatis. Intus albofarctis, demum deciduis; tunc in foveolis observatur stroma albescens, subcupulatum cui insident.
- \*1444. 296. *S. HIBISCI*, L. v. S., rara obvia in truncis emortuis Hibisci rosei, Salem.
- S. caespitulibus elongatis confluentibus, saepe variè flexuosis ex epidermide prorumpens, epidermide substellatim fisso, circum circa erecto, sed non caespitulum denudante. Superficie caespituli applanata, in qua ad dimidiam partem prominent perithecia, nigra, pulvere parco fusco atro adspersa, papillata, ovata intus albofarcta. Fibros corticales quibus adhaerent caespituli cum ligno nigrescunt.
- \*1442. 297. *S. AMBIGUA*, L. v. S., in sarmentis Rhois radicans Carolina et Pennsylv.
- S. prorumpens caespitulibus subrotundis nigris satis elevatis Peritheciis non ostiolatis, denique pertusis subirregularibus oblongis, imo subflexuosis et globosis, paucis tantum confluentibus. Extus quanquam non glabris, quasi nitentibus intus albofarctis. Sphaeriae fuliginosae non dissimilis.
- \*1443. 298. *S. MELIAE*, L. v. S., vulgatissima in ramulis Meliae azedarach Carolina.
- S. satis polymorpha. Junior ex epidermide prorumpens ab ea cincta, conspicuum sistit sclerotoidem subrotundum, griseo-fuscum, peritheciis in superficie vix prominentibus, intus jam indistinctis nidulantibus in materia stromatica pulveracea. Proveciori aetate caespitulibus elongatim et seriatim

- confluentibus, perithecia fere omnino liberantur, pluribus tamen in unum connatis, apice applanato, ceterum rugosa, difformia vix albofartea. Ostioli indistinctis hystericimorphis.
- \*1444. 299. *S. PERSIMMONS*, L. v. S., passim in cortice Diospyri ving. (vulgo Persimon) non dissimilis *S. quercuum*, Salem.
- S. caespitulis* gregarie confluentibus, varie flexuosis planiusculis, nigris, ex epidermide elevata prorumpentibus. Peritheciis convexis, semiprominulis, papillatis, intus albofartis, demum evacuatis. Differt a *S. quercuum* peritheciis valde prominulis et ostiolo manifestiori conico-papillato, etiam apice perithecorum subtruncato.
- \*1445. 300. *S. CRATAEGI*, L. v. S., in variis speciebus *Crataegi*, Bethl.
- S. caespitulis* plerumque ellipticis prorumpentibus nigris aut fusciscentibus, laxe nempe ad dimidiam parte involutis tomento furfuraceo fusco. Peritheciis majusculis, paucis, difformibus, semiliberis, demum pertusis (an primum papillatis?) intus albofartis, demum evacuatis. Horizontaliter secto caespitulo, perithecia subcircinnatim disposita, in ipsa massa corticali nidulantia conspiciuntur.
- \*1446. 301. *S. GALLAE*, L. v. S., species distinctissima freq. Bethl. in Gallis vetustis Querc.
- S. caespitulis* sparsis, nigerrimis valde elevatis, superficialiter innatis. Peritheciis primum omnino confluentibus, ambitu quasi lobato. Demum semiliberis assurgentibus, difformibus regularioribus immixtis, rugosis, majusculis, manifestim papillatis, intus albofartis.
- \*1447. 302. *S. PROPULLANS*, L. v. S., frequens in corruptissimis surculis *Celastris*, Bethl.
- S. atra*; caespitulo in libro corticali affixo, propullans per epidermidem, arcte ab ea cincto, satis elevato, forma subrotunda, basi contracta stromate parco insidente, subturbinato. Peritheciis majusculis atrofartis, prominulis in superficie subdepressa, coronatis ostioli papillaribus centralibus. Caespitulus superne quasi punctato-rugosis. Ceterum in quoque ramulo multi aggregati sunt caespituli.

## Trib. 15. SERIATAE.

- \*1448. 303. *S. filicina*, F. 242, in *Pteride*, Bethl.
- \*1449. 304. *S. junci*, F. 243, vulgatissima, Salem ac Pennsylv.
1450. 305. *S. arundinacea*, F. 245, Syn. Car. 79, *striaeformis*, et vulgaris in culmis *Miegiae*, Salem.
1451. 306. *S. ZEAE*, L. v. S., Syn. Car. 79  $\gamma$ , rara sed bene distincta in caulibus *Zeae*, Salem et Bethl.
- S. omnino* tecta, epidermide fusco tincta (ostioliis solis prominulis) satis elevata. Seriatim disposita, brevis, utrinque acuminata, subconfluens. Peritheciis binis vel ternis tantum in caespitulo, subdisstantibus, primum albofartis, demum evacuatis. Ostioliis latis, umbilicatis, saepe unico.
- \*1452. 307. *S. linearis*, F. 247, in *Solidaginum* caulibus, Bethl.
1453. 308. *S. Anethi*, F. 248, Syn. Car. 74, Carolina ac Pennsylv.
1454. 309. *S. culmicola*, F. 249, in culmo *Andropogi*, Bethl.
1455. 310. *S. longissima*, F. 251, Syn. Car. 75, et. Pennsylv.
- \*1456. 311. *S. melaena*, F. 252, vulgaris in caulibus Pennsylv.
1457. 312. *S. picea*, F. 253, Syn. Car. 78, ad caules firmiores.
- \*1458. 313. *S. chloromela*, F. 255, in caulibus *Pastinacae* et *Angelicae*, Bethl.
- \*1459. 314. *S. rimosa*, F. 241, A. S. in foliis et culmis *Zizaniae* Kaign's point, Philad.
- \*1460. 315. *S. Porri*, F. 257, Pers.  $\beta$  *exuberans*. In caulibus *Alliorum*. Peritheciis quidem albofartis, sed an hujus sectionis? num semper aut simplici aut tantum duobus peritheciis majusculis mihi obvia. Primo adpectu affinis *S. Zeae* aut *striaeformi*.
1461. 316. *S. nebulosa*, F. 250, Syn. Car. 76, et in Pennsylvania vulgatissima in variis caulibus. Sequentes 5 species, *S. nebulosae* quidem affines sunt—tamen vix ad eam pertinent.
- \*1462. 317. *S. CIMICIFUGAE*, L. v. S., passim occurrens in caulibus *Cimicifugae*, Bethl.
- S. sub* epidermide, tecta; maculas sistens griseas, omnino similes prioris, sed crassiores quanquam ambitu indeterminato—ostioliis denique punctiformibus nitidis prorumpentibus. Peritheciis subjacentibus nidulantibus in ipsa substantia caulis, papillatis, globoso-depressis, inter se distantibus sed seriatim dispositis; singulis similibus peritheciis *S. herbarum*; praesertim quando persistunt post destructam maculam. Tum subrugosa collapsa exhibentur.
- \*1463. 318. *S. EUPHORBICOLA*, L. v. S., in caulibus *Euphorb. marginatae* hortis cultae, Bethlehem.
- S. tecta*, macula latissima effiguratum in caulibus effusa, omnino priorum. Peritheciis, pro ratione majusculis subjacentibus, atris, globosis, creberrimis, rugosis, demum cum macula cinerascete assurgentibus, ore pertuso, et demum ut in priori, omnino denudatis. Maculae plerumque majores quam in *S. nebulosa*.

- \*1464. 319. *S. IRIDICOLA*, L. v. S., rarior in foliis putrescentibus Iridis virginicae, Bethl.  
S. tecta, maculis griseo-nigris, vix determinatis, minoribus. Ostioli solis globosis aut saltem obtusis prorumpentibus. Peritheciis sub macula, creberrimis, irregulariter dispositis nullimodo seriatis, intus albofartcis. Macula longitudine tres lineas vix excedit.
- \*1465. 320. *S. FUMOSA*, L. v. S., in caulibus Chenopodiorum maximorum freq. Bethl.  
S. tecta; maculis fumoso-nigris determinatis oblongis, sed saepe longe lateque confluentibus. Sub lente augentiori e filis dothidineis, crusta cinerea intermixta compositae videntur maculae. Ostioli creberrimis, seriatis, nigris, subacutis, prorumpentibus. Peritheciis minutissimis, vix cultello secandis, albofartcis. Ascus non vidi, et Dothideis valde affinis est. Ob habitum tamen huc collocanda.
- \*1466. 321. *S. PEONIS*, L. v. S., vulgaris in fructibus Peonis, Bethl. et jam Salem.  
S. tecta, macula cinereo-grisea, longe lateque indeterminatim effusa, subcrustacea, et faciliter detegibilis. Tum apparent perithecia, simplicia, sparsa, mollia, glabra, globosa, demum collapsa, papillata, ostioli solis per maculam prospicientibus post maculam destructam, crustae adhaerentia. Primo adpectu ad priores pertinet, sed suspicor eam esse Spaeriam simplicem. Latissimis (palmaribus) plagis Peponis punctat.
- \*1467. 322. *S. UMBELLATARUM*, L. v. S., rarior occurrit in caulibus Umbellatarum, Bethl.  
S. tecta, maculis longe lateque subeffiguratim effusis, referens mappam geographicam, crusta nigrescenti absque ullo nitore. Peritheciis subtus distanter sparsis, basi ligno subimmersis, depresso-globosis, collo ad superficiem penetrante, ubi tum ostiola apparent crassa cylindrica, brevia, rugosa, subdifformia. Affinis Conrescentibus immersis.
- \*1468. 323. *S. TYPHAE*, L. v. S., vulgatissima in foliis Typhae latifoliae, Bethl.  
S. minutissima, sed caespitulis aut potius maculis gregatim confluentibus ac saepe totum fere folium occupantibus. Macula quoque brevi, oblonga-subquadrata, nigro-fumosa: seriatim inter nervos dispositae sunt. Peritheciis multis etiam lineatim seriatis, minutissimis, punctiformibus, albofartcis, demum orbatis, astomis.
- \*1469. 324. *S. HIBISCICOLA*, L. v. S., in tenerioribus ramis H. palustris et militaris Hortorum, Bethl.  
S. tecta, macula bullosim elevata, minori, nigrocinerea, elongata in ambitu quasi fimbriata; e fibris Dothidineis, crassis parallelis non radiantibus enim constare videtur macula. Peritheciis crebris cum crusta maculari elevatis, nigro-cinereo-fartcis. Ostioli brevibus conicis aut globosis, rugosis. Crusta maculae crassior quam in ceteris et quasi grumosa. In iisdem caulibus saepe etiam invenio *Dothideam delicatulam* nostram.
- \*1470. 325. *S. SILPHII*, L. v. S., in ditissimi caulibus *Silphii connati* in Horto Nazareth.  
S. primum tecta et tum cinerascens, demum denudata nitente nigrescens, maculas sistens lineares aut ellipticas utrinque acuminatas. Peritheciis creberrimis, albofartcis, ostioli globosis deciduis: tum perithecia minuta referunt pezizulas. Affinis et *S. polygrammae* interna structura.
- \*1471. 326. *S. ARISTIDAE*, L. v. S., rara in foliis Aristidae dichotomae, Salem.  
S. effusa longitudinaliter; crusta aterrima expers tamen nitoris, epidermide non tecta: in sulcis nervorum, hypophylla et marginalis, forma lineari seriatim disposita, superficie rugosa. Peritheciis immersis, crebris, albofartcis, parum prominulis, pro ratione majusculis, vix ostiolatis.
- \*1472. 327. *S. NERVESEQUIA*, L. v. S., distinctissime in aversa pagina Andropog. scopariae Naz.  
S. minutissima, atra, inter nervos disposita, oculis nudis lineolas minimas offert. Lente aucta, videntur maculae superficiales lineares, parallelae, utrinque truncatae, in quarum superficie conspiciuntur perithecia crebra, manifestim papillata, applanata, collapsa, albofartca. Maculae saepe confluent. Sphaeria *Andropogi*, in altera pagina saepe occurrit.
- \*1473. 328. *S. FUSCATA*, L. v. S., affinis *S. lineari*—in dejectis stiptibus horti Nazareth.  
S. in maculis fuscis subnitidis, lineatim expansis proveniens, uniseriata. Peritheciis primum subtectis, demum liberis patellaeformibus, i. e. applanato-impressis, subrotundis, sparsis, (interdum extra maculam) Centro ex ostiolo papillaeformi nigro-punctato.

## Trib. 16. CONFERTAE.

1474. 329. *S. EPIPHYLLA*, L. v. S., Syn. Car. 130, F. 258, non in Pennsylv.
1475. 330. *S. SCIRPORUM*, L. v. S., Syn. Car. 71, F. 260, ex Georgia—videtur Carici non Scirpo increscere.
1476. 331. *S. graminis*, F. 261, Syn. Car. 70, freq. Pennsylv. var. *a. Elymorum*, *β Poarum* et elegans varietas *cinerascens* in Muhlenbergia erecta.

- \*1477. 332. *S. conferta*, F. 264, olim mihi *S. acervulata*, frequens in foliis Juglandum Bethl.
1478. 333. *S. ULMEA*, L. v. S., Syn. Car. 288, Xyloma, F. 267, frequens et. Pennsylv. in fol. Ulmi fulvae.
1479. 334. *S. YUCCAE*, L. v. S., Syn. Car. 88, F. 270, Carolina.
- \*1480. 335. *S. bifrons*, F. 272, in foliis quercinis Bethl.
- \*1481. 336. *S. allicina*, F. 269, rarius in foliis Allii schoenoprasii Nazereth. Passim occurrit omnino simplex sine macula.
- \*1482. 337. *S. Caricis*, F. 262, Bethlehem inventa in Caricis crinitae foliis.
- \*1483. 338. *S. PUNCTUM*, L. v. S., in siccis foliis Panici nitidi, &c. Bethl.  
*S. minutissima*, sublinearis, sistens puncta fusco-nigra subcinerascens nudo oculo. Peritheciis immersis sed tam prominulis in superficie ut rugulosa fit. Ostiolis vix perceptibilibus; intus omnino similis *S. graminis*, sed quater terve minor.
- \*1484. 339. *S. ANDROPOGOLA*, L. v. S., cum sequente frequens in foliis Andropogonum semper hypophylla, Bethlehem.  
*S. tecta*, subinaequabilis, confluens plus minus effiguratim, minor, atronitens. Peritheciis non prominulis sed passim epidermidem folii nigro-tinctam paululum elevantibus, stromati fuliginoso pulveraceo immersis, primum albofarctis, demum evacuatis, astomis.
- \*1485. 340. *S. ANDROPOGI*, L. v. S., in eadem pagina foliorum cum priori Bethlehem sed habitu et indole aliena.  
*S. non tecta*, sed superficialiter illita, superficie externa applanata inaequaliter corrugata, nigerrima absque ullo nitore, varie in ambitu lobata, confluens. Peritheciis astomis minutissimis et subindistinctis. An igitur Dothidea?
- \*1486. 341. *S. LUTEO-MACULATA*, L. v. S., semper insidet maculis lutescentibus in foliis languescentibus, maximorum Andropogonum Carolina apprime in pagina superiori.  
*S. tecta*, oblonga, sita in maculis lutescentibus confluentibus, elevata cum parenchymate folii, atra, superficie inaequabili. Peritheciis seriatim immersis in stromate fuliginoso, parum prominulis, demum evacuatis, ostiolis latentibus. Differt a priori magnitudine 3—4 lineari, macula lutescente, nec pluribus in eadem macula confluentibus.
- \*1487. 342. *S. CANALICULATA*, L. v. S., ex eadem grege, sed optime distincta, Bethl. in foliis involucrorum Cyperi, pagina aversa inventa.  
*S. tecta*, atra, constans e seriebus peritheciolorum sitis inter strias folii, ita in maculam piceam paralleliter confluentibus, ut macula eleganter canaliculata evadit; major. Ostiolis crebris punctiformibus. In margine occurrunt perithecia subsolitaria subrotunda, applanata. Interdum etiam maculae piceae medio infertiles sunt—et, quod memorabile, saepe etiam macula  $\frac{1}{4}$  uncialis, interrupta est, ita ut immutata substantia folii in conspectum venit.
- \*1488. 343. *S. LESPEDEZAE*, L. v. S., Syn. Car. 72, perperam ad *S. Trifolii* relata, quae omnino alia nondum mihi in America obvia. Haec nostra in variis Lespedezis praesertim monticulis et in Pennsylvania.  
*S. semper macula latiori lutescenti in folio effusa insidet valde varians magnitudine, rarius adaequans S. Trifolii. Peritheciis pluribus quidem junctis in plaga atra consimili priorum maculis—sed non rariter occurrit perithecium majusculum solitarium in minori plaga atronitenti, demum evacuatam, praeditum ostiolo pertuso non elevato. Et in speciminibus vere confertis caespitulus atronitens non tuberculoso-rugulosus evadit, peritheciis inclusis, sed tantum superficie inaequabili sed ostendit. In simplicibus margo sterilis semper adest; centro quasi hemisphaerice elevato.*
- \*1489. 344. *S. FLABELLA*, L. v. S., pulcherrima species hypophylla in frondibus emortuis *Pteris aquilinae*, Bethl.  
*S. tecta*, majuscula, atra ac atro-cinerascens. Centro quasi innata nervo pinnarum frondis, et ad semi-uncialem latitudinem effusa, sese in pinnae utrinque lobato-flabellatim extendit, superficie inaequabili bullosa. Peritheciis albofarctis, demum evacuatis in stromate cinereo immersis, ostiolis plerumque latitantibus: passim papillatim prominulis.
- \*1490. 345. *S. PANICI*, L. v. S., in semivivis et emarcidis foliorum Panicorum, Bethl.  
*S. maculis crebris non late effusis, parvulis lutescenti-purpureis (in marcidis foliis evanidis) insident caespituli atri minuti obscure nigri, primum tecti, in foliis marcidis atronitentes, subrotundi, aut irregulariter lineares, amphigeni, sed solummodo in pagina superiori fructificantes. Peritheciis paucis immersis, inaequaliter elevatis, oblitterato-ostiolatis, interdum collapsis. Stromate vix ullo.*

- \*1491. 346. *S. AGROSTIDIS*, L. v. S., an mera varietas *S. graminis*? in *A. filiforme* Bethl. minor.  
*S. insidens* maculis fuscobadiis, evanidis in foliis emortuis, lato effusis. Caespitulo applanato utrinque acuminato, minuto, tecto, confluyente, demum elevato, striato et rugulosa ex peritheciis subjacentibus in stromate parco subfusco. Ostiolis indistinctis.
- \*1492. 347. *S. IRIDIS*, L. v. S., affinis *S. epiphyllae*. Frequens in foliis *Iridis*, Kaign's Point, Phliad.  
*S. caespitulis* minutis oblongis aut difformibus passim confluentibus, ex epidermide prorumpentibus ab ea cinctis, insidentibus stromati quadam ex massa folii orto. In caespitulo quocunque nigro cinerascenti, pluria perithecia majuscula oblongo-difformia, ultra medium immersa, atronitentia, primum albo-farcta demum evacuata, astoma conspiciuntur.

## Trib. 17. BYSSISEDAE.

1493. 348. *S. aurantia*, F. 276, Syn. Car. 170, etiam in Pennsylv. vulgaris in lignis, praesertim autem in fungis pileatis membranaceis, Polyporis, Thelephoris, &c.
- \*1494. 349. *S. BOLETICOLA*, L. v. S., rarior in Polyporo citrino corruptissimo inventa Bethl. affinis priori, sed colore dilutiori, indole Subiculi, et forma Perithecorum distincta. An var.  $\beta$  fulgens Fries. huc pertinet. Sed in nostra perithecia minime confluent, potius sparsiora quam in priori.  
*S. subiculo* effuso, interrupto, laxioris contextus quam in priori plagis irregularibus, ex ochraceo-aurantio, margine albescenti. Peritheciis subiculo tantum semi-immersis, conico-ovatis, plus minus sparsis, primum concoloribus, demum rubro-aurantiis molliusculis, papillatis, faciliter ex subiculo excussis, et foveolos linquentibus. Gelatina seminalis interna albissima, demum propulsa, plerumque in ostiolo remanet, ut villus candidus.
1495. 350. *S. rosella*, F. 277, Syn. Car. 171, nondum in Pennsylv.
- \*1496. 351. *S. thelena*, F. 279, Specim. nostra fere terrestria, ad radices truncorum, ex New York misit Torrey.
- \*1497. 352. *S. aquila*, F. 280, Bethlehem rara interdum subconnata.
1498. 353. *S. CORTICIUM*, L. v. S., Syn. Car. 173, frequens et Pennsylv. in Castaneis. Species distincta, ob subiculum fere Thelephoroideum. Peritheciis maximis.
- \*1499. 354. *S. PURPUREO-FUSCA*, L. v. S., ramis querneis increscit passim Bethlehem, tomento crasso purpureo-fusco latissime expanso, peritheciis primum omnino tectis.  
*S. subiculo* tomentoso racodioideo purpureo-fusco, longe lateque effuso, primum perithecia omnino tegente. Subinde obliteratur, peritheciis caespitosis, aut longitudinaliter seriatis quibus obsitum. Peritheciis ceterum maximis, (imo Sphaeriaz byssisedae longe majoribus) sparsis ac aggregatis, globosis, undique nisi circa ostiola tomento tenero fusco-purpureo involutis. Ostiolis atris, conicis, nudis, brevibus, interdum quasi lateralibus.
1500. 355. *S. byssiseda*, F. 281, Syn. Car. 168, vulgatissima saepe agmine ulnari in ramis praesertim Salicinis et Bethl.
1501. 356. *S. TRUNCATULA*, L. v. S., Syn. Car. 174, F. 282, et. in Pennsylv.
1502. 357. *S. DIFFUSA*, L. v. S., rarius occurrit, ad longitudinem ulnarem in cavitate Juglandis cinerea adhuc stantis effusa, Bethl.  
*S. tomento* subiculari longe lateque effuso fusco-brunneo passim compactiori et ibi infertili, non autem crasso. Ex hoc erumpunt perithecia sparsa aut dense aggregata, mediocra, atra, valde rugosa, plerumque globosa aut aggregatione compressa primum convexa, papillatim ostiolata juventute, demum semi-collapsa et pertusa.
- \*1503. 358. *S. IMPOSITA*, L. v. S., in dejectis ramulis Bethl. occurrit infrequenter.  
*S. subiculo* parco longitudinaliter effuso, fuscescenti, imposita sunt perithecia magna, vix immersa, ex atro-fusca, rugulosa, globosa, ostiolo subconico-papillato, sparsim seriata, interdum autem subaggregata, imo subconfluentia. A priori differt indole, magnitudine perithecorum, et subiculo parco.
1504. 359. *S. SUBICULATA*, L. v. S., Syn. Car. 175, F. 284, vulgata etiam in Pennsylvania. Subiculo saepe obliterato.
- \*1505. 360. *S. CUTICULARIS*, L. v. S., passim in cortice denudato Bethl. affinis priori, sed tamen sequentibus notis distincta.  
*S. simplex*, subiculo insidens cuticulari splendente-candido vix manifestum floccoso, longitudinaliter effuso angusto, non pulverulento. Peritheciis subsparsis hemisphaericis atro-nitidis, papillatis. Magnitudine prioris.
1506. 361. *S. cinerea*, F. 283, Syn. Car. 169, solummodo Salem.

1507. 362. *S. nidulans*, L. v. S., Syn. Car. 185, F. 285, pulcherrimam speciem nunquam invenire contigit in Pennsylv.
1508. 363. *S. confertula*, L. v. S., Syn. Car. 187, F. 286, (conferta) rariter etiam in Pennsylv.
1509. 364. *S. tristis*, F. 287, Syn. Car. 212, vulgaris et. Bethl.
- \*1510. 365. *S. flavescens*, F. 288,  $\beta$  var. *epimyces* alba, rarius in Hymenio Polypori resupinati cujusdam Bethl. Differt a Friesii colore albo tomenti et a *S.* panno peritheciis albis, non nigris.
- \*1511. 366. *S. rhodomela*, F. 291, rara in Carolina et Pennsylv.
- \*1512. 367. *S. COLLINSII*, L. v. S., valde abnormis—in aversa pagina folii ignoti (an exotici) mihi ab doctissimo Zacchaeo Collins communicata est.
- S.* tomento crasso densissime intertexto efficitur plagas latas effusas inter nervos paginae aversae folii ignoti, et fusco-nigras, floccis suberectis. Subiculo huic floccoso, creberrime insident perithecia globosa, nigra (*S.* nidulanti proxima) astoma, vel saltem indistincta ostiolata, sed demum globulo spermatico irregulari, caseos continens, coronata.

## Trib. 18. VILLOSAE.

- \*1513. 368. *S. penicillata*, L. v. S., in ramulis teneris dejectis Ribis aureae Bethl. cultae—propius accedens ad *S.* chioneam, sed abnormiter formata.
- S.* sparsa, agmine tamen magno, et quasi in flexuosis seriebus sita, superficialiter sed firmiter affixa basi in epidermide, rariter fasciculata et subconfluens. Peritheciis obovato-globosis, applanatis undique villosissimis; villis versus basin brevioribus fusco-viridibus, versus apicem a medio densis, longissimis, penicillatim divergentibus, candidissimis; ostiola minuta obtusa nigra plerumque omnino investientibus. Intus peritheciis massa spermatica alba-fuliginea-farctis parietibus nigris tenuibus. Interdum perithecia difformia evadunt et pezizulam referunt albo-villosam.
1514. 369. *S. ovina*, F. 293, Syn. Car. 178, freq. et. in Pennsylv.
- \*1515. 370. *S. mucida*, F. 294, passim Salem et. Bethl. var.  $\beta$  *rostellata*, ostioli longiusculis, peritheciis oblongis, agmine denso occurrit in Rhoi typhina.
- \*1516. 371. *S. mutabilis*, F. 295, rara Bethl.
- \*1517. 372. *S. araneosa*, F. 296, Salem. Villo fugacissimo—et tum refert *S.* subculatam nostram.
1518. 373. *S. strigosa*, F. 298, Syn. Car. 180 et. Pennsylv. semper autem in Kalmia aut Rhodendr.
- \*1519. 374. *S. tephrotricha*, F. 299, Bethl. rara.
1520. 375. *S. biformis*, F. 300, Syn. Car. 147, etiam Bethl.
1521. 376. *S. Racodium*, F. 301, Syn. Car. 183, vulgata et. Pennsylv.
1522. 377. *S. hirsuta*, F. 302, Syn. Car. 182, et. Pennsylv.
1523. 378. *S. crinita*, F. 303, Syn. Car. 179, distincta filis basilaribus ligno irreparentibus. Et. Pennsylv.
1524. 379. *S. pilosa*, F. 304, Syn. Car. 181, passim et. Bethl.
1525. 380. *S. hispida*, F. 305, Syn. Car. 184, etiam Pennsylv.
- \*1526. 381. *S. calva*, F. 306, bene distincta ramulis, Bethl.
- \*1527. 382. *S. cincinnata*, F. 307, eximia et distinctissima species in foliis virentibus Oxycocc. macrocarpae Pocono.
- \*1528. 383. *S. vermicularia*, F. 308, rara sed bene distincta in frustulo pineo Camden. Vera Sphaeria nec ad genus Linkii Exosporium pertinens.
1529. 384. *S. exilis*, F. 309, Syn. Car. 213, etiam Pennsylv.
- \*1530. 385. *S. CLADOSPORIOSA*, L. v. S., abnormis et in quibusdam speciminibus monstrosa inter quos alia, quae satis referunt *S. depilatam*. In Polyporo vetusto rariter, sed tum magna copia. Bethl.
- S.* abnormis, maxima et minuta, sparsa, interdum confluens, undique pilis virescentibus, exacte referentibus Cladosporium fungorum, brevibus, densissimis, tecta. Passim observantur perithecia minuta ovato-globosa subostiolata, quasi depilata, i. e. pilis tantum basilaribus et raris. Ceteris et plerisque autem maximis, globoso difformibus, *S. bombardam* revocantibus, invicem compressis immo etiam bullosis, ostiolo indistincto obtusissimo. Saepe basi latiori quasi insident et inde formam induunt subconicam. Intus cavitate maxima, parietibus crassis nigris. Extus pella cladosporiosa arcte indutae sunt hae majores sphaerulae. Juniores ostiola distinctiora habent, sed tamen tecta pelle. An monstrositas *S. depilatae*?
- \*1531. 386. *S. INTONSA*, L. v. S., passim in paleis cortice orbatis, ex truncis Robiniae pseudacaciae factis, Bethl.



- S. gregaria*, atra, e ligno quasi erumpens, subhemisphaerica, aut cylindraceo-elevata, apice obtusa, in ostiolum indistinctum abiens, rarius diffracta. Intus inanis. Statura minuta. Extus pilis brevibus rigidis, ut barbae mox tendendae, dense obsita, simplicibus divergentibus nec ullo modo intricatis.
- \*1532. 387. *S. INVOLUTA*, L. v. S., affinis *S. chionaeae* et etiam similitudinem habet cum *Myriococco*. In truncis vetustis, Bethl.
- S. densissime aggregata*, ligno laxiter affixa. Peritheciis laevibus, globosis, subpapillatis, interdum subcorrugatis, nigrofuscis, nitentibus, omnino obvolutis villo albo densissimo aetate detergibili, apice tantum paulisper denudato. Inanis.
- \*1533. 388. *S. SETOSA*, L. v. S., satis affinis *S. hirsutae*—passim in mucidis Sal. et Bethl.
- S. peritheciis sparsis*, majusculis, ovato-conicis, fuscis, confluentibus cum ostiolo indistincto, valde tuberculosis, obsitis pilis fuscescentibus setosis, rigidis, longiusculis, ex quoque tuberculo protrusis, demum deciduis. Vix immersa ligno.
- \*1534. 389. *S. EMERGENS*, L. v. S., affinis *S. Racodio*, in cariosis lignis. Differt praesertim summa laxitate subiculi tomentosi, forma perithecorum, et villo laxo, quo tecta sunt. Bethl.
- S. sparsim emergens* ex subiculo, tomentum laxum referente ex floccis, primum erectis aut ligno laxissime irrepentibus, demum compactis, contextum. Peritheciis ovato-conicis, rugulosis, nigris aut fuscis, confluentibus cum ostiolo, undique tectis pilis crebris longiusculis divergentibus fuscescentibus, laxis non rigidis. Aetate proveciori, saepe invenitur diffractis peritheciis et excussis, linentibus foveolas in subiculo.
- \*1535. 390. *S. RATTUS*, L. v. S., passim Bethl. in ligno denudato et in ramis.
- S. gregaria*, et passim etiam sparsa, peritheciis majusculis fragillimis tenerrimis, glabris, e globoso-conicis. Ostiolo obtusiusculo nigro, demum nudo, primum cum ipso perithecio pellicula nigra pilosissima tecto, pilis e fusco cinerascensibus longiusculis divergentibus; quasi pellem Ratti referente. Statu juvenili, perithecia immersa sunt, pilis tantum prorumpentibus, demum prorumpunt et sublibera deveniunt. E longinquo aterrimo colore gaudent, sub lente fusco cinerascunt.
- \*1536. 391. *S. CAESPITULANS*, L. v. S., an hujus Tribus? pilis enim brevissimis, forsan tuberculis minutis tecta. Rara in ramis Rubi Idaei, Bethl.
- S. caespitosim concrescens*, aut tractu lineari-elongato fasciculata. Peritheciis minimis, ovato-difformibus, acutum in ostiola abientibus, aterrimis, rugosis, et undique pilis minutis brevibus, crassis (an tuberculis potius) obsitis. Substantia molli, saepe irregulariter collapsa. Individua non caespitulososa occurrunt. Minima est hujus Tribus.
- \*1537. 392. *S. VIRIDIATRA*, L. v. S., semper parasitica in variis Sphaeriis Connatis, Bethl. elegans ac distincta species.
- S. sparsim aut caespitosim proveniens* in aliis Sphaeriis exsoletis. Peritheciis minutis globosis aut ovatis, carbonaceis, rugosis, obtusis, vix ostiolatis, basin versus nudis, nigris, in apice autem dense tectis villo luteo-virescenti brevi. Aetate saepe diffracta et evacuata, sacco manifesto instructa sese praebent perithecia.
- \*1538. 393. *S. SQVAMULATA*, L. v. S., abnormis sed distinctissima species, satis frequens, Bethl. in super crustam nigram quae saepe in lignis cortice orbatis oritur; plus minus sparsa aut connata.
- S. sparsa*, aut subconnatim concrescens. Peritheciis carbonaceis ovato-globosis aut difformibus, majusculis, crustae nigrae interdum longe lateque effusae aequabili incrementibus, interdum abbreviatae et valde rugulosae; abientibus in ostiola distincta crassiuscula, demum pertusa; extus ceterum rugulosis et dense tectis tegumento quodam ambiente inter villositatem et substantiam squamuloso-pulveream colore subsplendente luteo fusco aut badio, demum nigrescente. Ostiolis nudis nigris. Peritheciis primum farctis massa spermatica alba, demum evacuatis.
- \*1539. 394. *S. MONSTROSA*, L. v. S., in lignis castaneis Bethl. forma, et magnitudine plane monstrosa, quasi pustulas referens Sphaeriarum circumscriptarum.
- S. gregaria*, insidens crustae nigrae lignatili, majuscula et interdum maxima et deformata. Basi tumida abiens in ostiolum crassum pyramidatum sulcatum. Intus primum nigrofarcata, demum evacuata; ceterum substantia carbonacea. Extus pilis undique crebris fuscis subrigidis, densissimis una cum ostiolo, oblecta. Similitudinem quandam habet cum certis varietatibus *S. spinosae*; passim etiam occurrit absque pilis et denudata. Primo juventute se ostendit solummodo ut aggregatio pilorum Cladosporii.

## Trib. 19. DENUATAE.

1540. 395. *S. Peziza*, F. 311, Syn. Car. 167, freq. et in Pennsylv.  
 1541. 396. *S. sanguinea*, F. 313, Syn. Car. 197, et. Bethl. in Sphaeriis.  
 \*1542. 397. *S. FIBRISIDA*, L. v. S., affinis priori sed minor, frequens in fibris corticalibus subsolutis Castaneae, Bethl.  
 S. minutissima, sparsa, sanguinea, pellucida, e globoso-ovata, papillata, densis gregibus adhaerens fibris corticalibus ramorum Castaneorum, epidermide orbatis, glaberrima, demum collapsa. Vix nudo oculo singula perithecia discernuntur.  
 1543. 398. *S. episphaeria*, F. 315, Syn. Car. 140, vulgaris Pennsylv.  
 \*1544. 399. *S. ordinata*, F. 316, aetate nigra, Salem et Bethl.  
 1545. 400. *S. seriata*, F. 317, Syn. Car. 162, etiam Bethl.  
 1546. 401. *S. pomiformis*, F. 318, Syn. Car. 161, etiam Bethl. vulg.  
 1547. 402. *S. mammaeformis*, F. 319, Syn. Car. 160, et. Bethl.  
 \*1548. 403. *S. stercorea*, F. 320, Salem et Bethl. in stercore vulg.  
 \*1549. 404. *S. pleurostoma*, F. 321, Bethl. elegantula species.  
 \*1550. 405. *S. obducens*, F. 322, Bethl. rara sed distinctissima.  
 \*1551. 406. *S. ventricosa*, F. 324, subinde collapsa, majuscula rara occurrit, Bethl.  
 1552. 407. *S. spermoides*, F. 325, Syn. Car. 187, vulgaris, Bethl.  
 1553. 408. *S. moriformis*, F. 327, Syn. Car. 211, rara Pennsylv.  
 1554. 409. *S. pulvis pyrius*, F. 329, Syn. Car. 210, vulgaris etiam in Pennsylv.  
 1555. 410. *S. pulveracea*, F. 330, Syn. Car. 200, passim, Bethl.  
 \*1556. 411. *S. ovoidea*, F. 331, ad ligna exsiccata, Bethl.  
 1557. 412. *S. NOTHA*, L. v. S., Syn. Car. 235, abnormis F. 333, nondum mihi in Pennsylv. obvia.  
 \*1558. 413. *S. myriocarpa*, F. 332, frequens Bethl. in lignis terrae dejectis.  
 \*1559. 414. *S. MILLEGRANA*, L. v. S., non rara ad ligna exsiccata cortice orbata Bethl. Plagis longis latisque quasi effiguratis ligna occupans.  
 S. minutissima, plagis magnis effusa, singulis peritheciis nudo oculo vix distinguendis. Lente adhibita vides perithecia innumera seriatim juxtaposita sed non confluentia, globosa, minutim punctato-rugosa, in perfectissimis abientia apice paulo attenuato in ostiola pertusa, globulo spermatico ascifero magno coronata; demum intus evacuat. Juniore aetate perithecia fibris ligni subsecta, certo modo albescens, demum denudata aterrima.  
 \*1560. 415. *S. TRANSVERSALIS*, L. v. S., passim in ramis junioribus putridis *Liriodendri*, Salem. Fere semper transversim et ramum quasi annulo cingens ubi epidermide orbatus est, lineis nigris e fibris corticalibus erumpit.  
 S. Peritheciis minutissimis ovatis aggregatis, aterrimis, punctato-rugosis, manifestum ostiolatis papilla brevi, formantibus lineas nigras transversim ramulum cingentes; demum evacuatis, spermatico globulo albo coronatis. Primum fibris corticalibus albescentibus subsecta, demum denudat. Priori affinis, sed differt modo crescendi.  
 \*1561. 416. *S. AGGREGATA*, L. v. S., in lignis cariosissimis mollibus plagis majusculis nigris, Bethlehem rarior.  
 S. Peritheciis duplo majoribus quam in priori, densissime aggregatis nec tamen confluentibus, globoso-applanatis, leviusculis, nigro-subfuscescentibus, et circum ostiola plerumque cinerascentibus. Ostiolo brevi, cylindrico-conico, demum deciduo—tum peritheciis pertusis.  
 \*1562. 417. *S. HYDRANGAEAE*, L. v. S., rara in epidermide ramorum Hydrangeae, etiam e libro corticali sub epidermide prorumpens, Bethl.  
 S. sparsa, epidermide insidens, rotundato-applanata, nigra, demum collapsa, ostiolo papilliforme etiam tum persistente. In iisdem ramis observantur etiam specimina ex libro corticali prorumpentia (vix alteram speciem sententia) valde a prioribus abhorrentia, forma ostiolorum crassorum et tertiam partem perithecii aequantium, ore fere platystoma per epidermidem prospicientia, ceterum tecta.  
 \*1563. 418. *S. NIGROBRUNNEA*, L. v. S., in palis Robiniae cortice orbatis, Bethl.  
 S. sparsa, nigrobrunnea, in maculis concoloribus sita. Peritheciis ovatis, rugosis, attenuatis in ostiola indistincta, majusculis mixtis multo minoribus, demum saepe collapsis. Primum fibris ligni subobsecta; demum denudata.  
 \*1564. 419. *S. INCONSTANS*, L. v. S., rariter occurrit Bethl. sub epidermide Rhododendri maximi oriens, demum denudata.

- S. major* prioribus, gregatim e fibris corticis interioris prorumpens, mire varians forma; demum confluens. Peritheciis enim gaudet globosis, difformibus, cylindricis, et apice ventricosis, omnibus nigris, rugosis, ostioli plus minusve elevatis, cylindricis semper ore umbilicato. Junior epidermide tecta, et tum sola ostiola protruduntur. Demum denudata, et saepe diffracta partem inferiorem pezizulae ad instar relinquens.
- \*1565. 420. *S. SUBFASCICULATA*, L. v. S., in ramis dejectis *Vitis corruptissimae*, Bethl.  
*S. primum* subtecta, demum omnino denudata, affinis *S. Bombardae*, sed magis sparsa et quasi longitudinaliter seriata. Peritheciis subfasciculatis nigris, vix mollibus, interdum omnino forma *S. Bombardae*, saepe autem minus elongatis, subrotundis ac obtuse papillatis, minoribus et inter se confluentibus.
- \*1566. 421. *S. INSPISSA*, L. v. S., rarius prope Lebanon Pennsylvaniae in lignis induratis.  
*S. densissime* inspissa inter fibros ligni canescentis, pluvio solutos, et subelevatos, peritheciis subjacentibus, demum denudatis. Peritheciis atris globosis rugosis, ostiolo papillari deciduo; aetate subcollapsis, minutissimis. Aut sese insuper aggregatis aut etiam subinde sparsis.
- \*1567. 422. *S. BRUNNEA*, L. v. S., rarius ad ramos decorticatos varios, Bethl.  
*S. sparsa*, peritheciis maximis, semi-immersis, glaberrimis brunneo-fuscis, depresso-globosis aut hemisphaericis, ostiolo acuto nigro, basi subpruinosa. Diameter linearis.

## Trib. 20. PERTUSAE.

1568. 423. *S. LECYTHEA*, L. v. S., Syn. Car. 155, F. 334. Rara in Pennsylvania, varietate minori, atra.
1569. 424. *S. mobilis*, F. 335, Syn. Car. 198, et passim Pennsylv.
- \*1570. 425. *S. papillata*, F. 337, in ligno salicino Bethlehem.
1571. 426. *S. PUTAMINUM*, L. v. S., Syn. Car. 165, F. 338, var.  $\beta$ , in nucibus Juglandinis freq. Pennsylvania.
1572. 427. *S. PAPILLA*, L. v. S., Syn. Car. 150, F. 340, in Carolina et in Erie County, Pennsylvania, obvia.
- \*1573. 428. *S. mycophila*, F. 341, in subulis Hydni exoleti mihi rarius obvia Bethl.
- \*1574. 429. *S. applanata*, F. 343, frequens Bethlehem ad truncos orbatos Robiniae, evidenter rugosa.
1575. 430. *S. mastoidea*, F. 345, Syn. Car. 176, *albicans*, nondum obvia Pennsylv.
1576. 431. *S. seminuda*, F. 346, Syn. Car. 177, in Pennsylv. mihi in cortice crescens obvia.
- \*1577. 432. *S. latericolla*, F. 347, peritheciis sparsis, Bethl.
1578. 433. *S. pertusa*, F. 348, Syn. Car. 202, vulgaris, et. Pennsylv.
- \*1579. 434. *S. taphrina*, F. 349, in lignis vetustis, Bethl.
- \*1580. 435. *S. aspegreenii*, F. 350, rara in cariosis lignis ibid.
- \*1581. 436. *S. umbonata*, F. 342, in putrido ligno Juglandis cinereae, Bethl.
- \*1582. 437. *S. picastra*, F. 344, saltem proxima Bethl.
- \*1583. 438. *S. Surculi*, F. 354, in ramis denudatis Sambuci, ibid.
1584. 439. *S. porphyrostoma*, F. 351 (Syn. Car. 204, *rhodostoma* *perpetam*). An nova? convenit quidem, sed loco omnino differt, limbo etiam non purpurascenti sed vivide cinnabarino, quasi stellato, postquam papilla excutitur. Perithecia valde rugulosa sunt et apice applanata, et basi quasi crustam habet in ligno effusam.
- \*1585. 440. *S. vilis*, F. 353, non rara Bethl.
- \*1586. 441. *S. nucula*, F. 352, habitu quodam triangulari, Bethl. passim.
- \*1587. 442. *S. INCLINATA*, L. v. S., passim in ramulis tenerrimis variorum Viburnorum Bethl. inventa, u. c. V. dentati.  
*S. sparsim* et aggregatim erumpens ex fibris libri corticalis epidermide orbati, primum immersa, demum nudata. Peritheciis ovatis, globosis minutis, oblique inclinatibus cum ostiolo, pro ratione majusculo, demum deciduo. Tum peritheciis pertusis, ceterum atris, rugosis.
- \*1588. 443. *S. APERTA*, L. v. S., rarior in lignis cariosis Rhododendri, Bethl.  
*S. subcrustacea*, nigra, aggregata. Peritheciis tamen sparsis, semi-immersis, majusculis, parum cylindrico-elevatis, apice truncatis, collapsis, papilla majuscula subindistincte formata, mox decidua, tum ore majore orbiculatim pertusis, concentricis extus striatis, sed vix rugosis.
- \*1589. 444. *S. GLANDICOLA*, L. v. S., valde frequens in glandibus quercinis, Bethl.  
*S. sparsa*, ac aggregata, non immersa, primum tamen tenerrima epidermide glandis tecta, demum

- nuda. Peritheciis atris, minutis, globosis, instructis ostiolo brevi confluyente, et demum pertusis. Differt a *S. putaminum* exillitate et peritheciis non conicis. Ceterum punctato-rugosa.
- \*1590. 445. *S. PERICARPII*, L. v. S., frequens utrinque in *Pericarpis Juglandium* (Hickory) crassis, praesertim in interiori latere. Salem et Bethl.
- S. sparsa*, nigra, oblongo-ovata, primum immersa, demum nuda, abiens in ostiolum acutiusculum cum perithecio confluens. Denudata tamen innata pericarpio se ostendit. Peritheciis laeviusculis, evacuatis, plerumque pertusis orificio minutissimo.
- \*1591. 446. *S. TINGENS*, L. v. S., in rimis corticalibus ramorum juniorum *Sassafras*, Bethl.
- S. sparsa*, conice rostrata, primum immersa, demum insidens basi applanata. Peritheciis compresso-conicis, rostratis ostiolo rudi obtuso crassiusculo subnitente, vix rugosis. Circum singula perithecia corticem nigro tingit.
- \*1592. 447. *S. ALBOMACULANS*, L. v. S., distinctissima in emortuis truncis *Syringae* ubi cortice orbati sunt, Bethl. An hujus aut prioris tribus?
- S. sparsa*, in macula determinata exalbata sita, aterrima, ad basin plerumque materia virente pulverulenta circumdata. Peritheciis aterrimis, hemisphaerico-diformibus, mediocribus, semi-immersis, punctatis, acutum papillatis; saepe ostiola observantur plura connata quasi ex duobus aut tribus peritheciis confluentibus ut unum ostiolum assurgentia subrotundum et varie compressum—demum pertasum aut subrimose apertum.
- \*1593. 448. *S. DIDERMA*, L. v. S., memorabilis species in ligno carioso sicco, Bethl.
- S. sparsa*, simplex, majuscula, bicorticata. Cortex exterior sphaeriam denudatam, hemisphaericam aut conicam rugosam, nigrofuscam, ligno insidentem exhibet, ostiolo papillato primum prominente, quo deciduo, pertusam. Sub hoc cortice externo apparet *Sphaeria* ligno immersa etiam nigro corticata et subinde collapsa, collo elongato cum ostiolo externo communicans.
- \*1594. 449. *S. CARYOPHAGA*, L. v. S., in nucibus putridis *Jugland.* albae et tomentos. Bethl.
- S. gregaria*, regularis, mediocri magnitudine, plagas formans aterrimas subexpansas in nucibus. Peritheciis dimidiatis ex hemisphaerico-subconicis, basi crusta nigra inter se connexis tenui, papillatis, demum pertusis.
- \*1595. 450. *S. ELLIPTICA*, L. v. S., in *Viburno* prope Mauch Chunk rarius reperta.
- S. majuscula*, elliptica, elongata, sparsa, parum tantum elevata, applanata, subimmersa basi, nigra, poro centrali demum pertusa, primum coronata ostiolo papillaeformi, demum deciduo.
- \*1596. 451. *S. DEFORMATA*, L. v. S., cum priori in iisdem lignis dejectis rarius.
- S. late sparsa*, minuta, omnino denudatim protrusa, e forma cylindrica deformata, aterrima, superficie subrugosa inaequabili, ostiolo indistincto. Demum pertusa se ostendit.

## Trib. 21. PLATYSTOMAE.

1597. 452. *S. pileata*, F. 358, Syn. Car. 138, etiam in Pennsylv.
- \*1598. 453. *S. truncata*, F. 357, in ligno *Rhododendri* Bethl.
1599. 454. *S. crenata*, F. 359, Syn. Car. 136, *cristata*. Huc etiam pertinet var. *spiraeae*, vulgatissima in ramis *Spiraeae opulifolia* Bethl.
1600. 455. *S. macrostoma*, F. 361, Syn. Car. 137, *dehiscens*, frequens in Pennsylvania in mucidis lignis.
- \*1601. 456. *S. libera*, F. 361,  $\beta$ , vix mera varietas, Bethl.
1602. 457. *S. compressa*, F. 363, Syn. Car. 138, et Pennsylv.
- \*1603. 458. *S. angustata*, F. 362, passim Bethl. in lignis.
- \*1604. 459. *S. curta*, F. 365, bene distincta in corruptissimis ramulis mollibus Bethl.
1605. 460. *S. diminuens*, F. 366, Syn. Car. 139, freq. Bethl.
- \*1606. 461. *S. ABBREVIATA*, L. v. S., ad quercinos ramulos, Bethl.
- S. subaggregata*, prorumpens cum fibris quibus primum ad ostiola usque tecta, demum denudata. Peritheciis globoso-conicis subnitidis, quanquam non glabris. Ostiolo cylindrico-dilatato compresso, satis elongato, centrali, aterrimo, multo tenuiori quam perithecium quod cinerascit aut fuscescit.
- \*1607. 462. *S. THAPSI*, L. v. S., vulgaris in caulibus *Verbasci Thapsi* putrescentibus. Ob affinitatem summam huc referenda, Bethl.
- S. sparsa*, in macula nigra, locis caulis villositate orbatis. Primum ostiolo solo prorumpens, demum omnino. Peritheciis globoso-conicis, non laevigatis, basi applanato ligno innatis aut subimmersis.

Ostiolo crasso conico compresso elevato, latitudine tamen perithecii duplo minore, demum dehiscente.

- \*1608. 463. *S. VARIABILIS*, L. v. S., similis priori, frequens in caulibus Pastinacae, &c. Bethl.  
S. fere semper tecta fibris caulis quas secum attollit, ostiolo solummodo compresso difformi, confluyente cum perithecio valde variabili, prorumpente. Peritheciis nempe ellipticis, applanatis, rugulosis, plerumque maculae nigrae insidentibus, ex gelatina spermatica sparsa perithecorum ortae.
- \*1609. 464. *S. SUBRUGOSA*, L. v. S., rarissime obvia Bethl. in putrido frustulo Catalpae ligni.  
S. sparsa et gregaria, subimmersa ac prorumpens. Peritheciis sphaericis aut elongatis, rima ostioli longitudinali, dimidiam latitudinem perithecii adaequante coronatis, ad instar Hysterii dehiscente. Tamen vera sphaeria albofarcta, demum evacuata, nigra, extus minutim rugoso-punctata.
- \*1610. 465. *S. HYSTERIOIDES*, L. v. S., prorumpens ex cortice et ligno Kalmiae, Bethl.  
S. gregaria et sparsa, peritheciis aggregatis hemisphaericis aut ellipticis, etiam conico-globosis, prominentibus, aterrimis, glaberrimis (pellem, sic dictam, anserinam quasi in ligno efficiens). Apice perithecii truncato subconcavo, ostiolo arcte clauso, per truncaturam in rimam elongata. Totius catervae distinctissima.

Trib. 22. CERATOSTOMAE.

1611. 466. *S. SPHAERINCOLA*, L. v. S., Syn. Car. 143, perperam ad *S. lagenariam* relata, a qua omnino abhorret. Rarissime in corrupta *S. numularia* Carol. obvia.  
S. dense gregaria, molliuscula, erecta, nigrescenti-fusca. Peritheciis valde rugosis. Ostioliis mediocribus rigidis obliquis, paululum tantum longioribus peritheciis ovatis.
1612. 467. *S. pilifera*, F. 369, Syn. Car. 141 et 142, nam *S. rostrata* Syn. Car. eadem. Var.  $\beta$  *dryina* freq. et. Pennsylv.
- \*1613. 468. *S. DRUPIVORA*, L. v. S., rarissime in corruptis drupis Juglandis cinereae. Bethl. inveni speciem distinctissimam.  
S. conferta, atra, tomento quodam byssoideo, an fortuito? subinvoluta, albo. Peritheciis majusculis pro ratione, hemisphaericis, agmine denso provenientius. Ostioliis longissimis, fuscobadiis, strictis.
1614. 469. *S. stricta*, F. 372, Syn. Car. 144, vulgaris etiam Bethl.
- \*1615. 470. *S. brevisrostris*, F. 374, in lignis cariosis, Bethlehem.
1616. 471. *S. cirrhosa*, F. 375, Syn. Car. 145, vulgaris et. Bethl.
- \*1617. 472. *S. mucronata*, F. 376, rara mihi Salem Carol. obvia.
1618. 473. *S. SPINA*, L. v. S., Syn. Car. 154, F. 377, in ramis fraxineis nec alibi, sed etiam Pennsylv. et ex Nova Anglia.
- \*1619. 474. *S. rostellata*, F. 379, in stipitibus Rosarum et Ruborum Bethlehem mihi obvia.
- \*1620. 475. *S. microscopica*, F. 380, elegantula species non tam rara in lignis Bethl.
- \*1621. 476. *S. INVESTITA*, L. v. S., in lignis cariosis inventa, emergens ex tomento byssino crassiusculo, badio-ferrugineo aut lutescente, quo omnino vestita. Ceterum *S. rostrata* valde affinis, equidem eadem, si tomentum adventitium.  
S. peritheciis globosis majusculis demum liberis, primum ligno et tomento immersis. Ostioliis magnis longis, rigidis, sulcato-tuberculosis, sursum incrassatis. Peritheciis cum ostioliis atris.
- \*1622. 477. *S. ASSECLA*, L. v. S., semper in consortio et circum pustulas variarum Sphaeriarum obvalatarum sub epidermide Castaneae crescit.  
S. minutissima, fusca. Peritheciis globosis; ostiolo triplo longiori inclinato, pro ratione crassiusculo tereti. Catervis maximis dense aggregatis interdum semiuncialibus circumdat pustulas aliarum Sphaeriarum. Vix unquam circinnat, sed affinis est *S. pusillae*.

Trib. 23. OBTECTAE.

\* *Lignatiles.*

- \*1623. 478. *S. hiasecens*, F. 382, rara in lignis (fagineis?) Bethl. differt tamen peritheciis aggregatis omnino emersis.
1624. 479. *S. TUBERCULOSA*, L. v. S., Syn. Car. 164, F. 383, rarius et obvia in Pennsylvania Nazareth in Robinia viscosa.
- \*1625. 480. *S. astroidea*, F. 384, in trunco Broussonetiae et alibi in vetustis lignis, Bethl.
- \*1626. 481. *S. eutypa*, F. 385, Bethlehem in Rh. typhina et Populo.

1627. 482. *S. operculata*, F. 386, Syn. Car. 195, Salem et Bethl.
- \*1628. 483. *S. crypta*, F. 387? ad ligna vetusta, Bethl.
1629. 484. *S. livida*, F. 388, Syn. Car. 196, Bethl. in Rhoi.
- \*1630. 485. *S. foedans*, F. 389, Salem et Bethl.
- \*1631. 486. *S. anserina*, F. 390, Bethlehem. Concretescentibus affinis.
- \*1632. 487. *S. LAEVIGATA*, L. v. S., in lignis mollioribus, Bethl. Affinis *S. eutypae*.  
*S. crustam efficiens longe lateque effusam, contiguam, laevigatam ad 6 uncias extensam, determinato ambitu totum ramum ambientem, nigrescentem. Peritheciis sparsis, magnis, globoso-depressis, ligno ime immersis, evacuatis: ostiolo vix in crusta prominente, tamen ut punctum quasi in superficie conspicuum, collo manifesto cum perithecio connexo. An ad Concretescentes.*
- \*1633. 488. *S. INUNDATORUM*, L. v. S., lignis flumine Delaware, Kaign's point, immersis, increscit.  
*S. gregaria, crusta longe lateque effusa rimosa tecta, unde lignum quasi adustum se ostendit. Peritheciis sparsis latentibus sub crusta in ligno, globoso-depressis absque collo, sed ostiolis subpezizoido-umbilicatis per tuberculum crustaceum subelevatum prorumpentibus, primum applanato globoso subclausis, demum apertis.*
- \*1634. 489. *S. EXCUSSA*, L. v. S., freq. in ramis junioribus Pyri mali, Bethl. affinis *S. foedanti*.  
*S. peritheciis magnis dense sparsis sub epidermide subsoluto libro immersis. Ostiolo punctiformi, primum poro per epidermidem prorumpente, demum denudato. Tum perithecia in conspectum veniunt magna ampullaeformia, rugosa, circumcirca sulcata, in ostiola crassa colliformia elongata, poro latiusculo rotundo perforata. Aetate perithecia facillime e libro excussa, foveolos linquent subrotundos bilineares.*
- \*1635. 490. *S. DENUDANS*, L. v. S., sub epidermide nascens, demum sese denudans, Bethl.  
*S. sparsa ac aggregata, oblongo-globosa, depressa. Peritheciis immersis demum prominulis, intus ellipticis, cortice quodam interno cinerascenti vestitis, evacuatis, ceterum nigris. Ostiolis minimis papillatis in apice depresso sitis, interdum Hysterioides.*
- \*1636. 491. *S. ROSAE*, L. v. S., in teneris ramulis Rosarum, New Jersey.  
*S. sparsa, in crusta nigro-fusca sub epidermide longe lateque effusa, primum tecta, demum denudata. Peritheciis crustae subimmersis, hemisphaerice protrusis, oblongo-globosis, rugosis, atris, evacuatis. Ostiolis primum per epidermidem vix prominentibus et nigrotingentibus, demum breviter conicis.*
- \*1637. 492. *S. AMPELOS*, L. v. S., in valde corruptis ramentis Vitis Bethl. primum epidermide tuta.  
*S. seriatim distanter sparsa, minuta, circumscissa, subfusca, globoso-applanata. Ostiolo prominente per rimas corticis.*

\*\* *Corticolae.*

- \*1638. 493. *S. ocellata*, F. 391, rarius Bethl. sub cortice Pruni virg.
1639. 494. *S. ОБТЕСТА*, L. v. S., F. 395, Syn. Car. 206, in ramis fruticum Carolina necdum in Pennsylv.
- \*1640. 495. *S. vibratilis*, F. 396, sub cortice Pruni virginianae, Bethl.
- \*1641. 496. *S. lanata*, F. 397, sub cortice Betuli nigrae, ibid.
- \*1642. 497. *S. pactula*, F. 399, sub epidermide Sambuci, ibid.
- \*1643. 498. *S. pupula*, F. 401, sub epidermide Platani, Bethl.
1644. 499. *S. circumscissa*, F. 402, Syn. Car. 202, passim et Bethl.
- \*1645. 500. *S. clandestina*, F. 403, sub epidermide Sambuci, ibid.
- \*1646. 501. *S. personata*, F. 404, sub epidermide Liriodendri, ibid.
1647. 502. *S. Tiliae*, F. 405, Syn. Car. 205, vulgaris et Bethl.
- \*1648. 503. *S. pruinosa*, F. 406, Bethl. sub epidermide, Rhoid.
1649. 504. *S. inquinans*, F. 407, Syn. Car. 201, in Acere, &c. Bethl.
- \*1650. 505. *S. mamillana*, F. 409, ramis junioribus Celastri, ibid.
- \*1651. 506. *S. thypeata*, F. 410, vulgata in Rosis et Rubis, Sal. et Bethl.
1652. 507. *S. ГОСЫПН*, L. v. S., Syn. Car. 207, F. 412, non in Pennsylv.
- \*1653. 508. *S. ditopa*, F. 394, sub Liriod. epidermide, Bethl.
- \*1654. 509. *S. corticis*, F. 393, in ramis junioribus Aceris Pennsylvanicae, Mauch Chunk.
- \*1655. 510. *S. DISTINCTA*, L. v. S., sub epidermide Sambuci pubentis, Bethl.  
*S. sparsa, epidermide tenerrimo obtecta, majuscula, immersa libro albescenti interioris corticis. Peritheciis atris, orbicularibus, depressis, glabris, ore rotundo majore, persistentibus in cortice, epider-*

- mis avulsae, cum ostioliis eam perforantibus, non prominentibus, cylindricis brevibus, umbilicatis apice.
- \*1656. 511. *S. OLIVACEO-HIRTA*, L. v. S., sub epidermide majorum ramorum Mori albae, Bethl.  
*S. sparsa*, majuscula, ostioliis crassis, cylindricis, pertusis, persistentibus, epidermidem penetrantibus, dejecta qua apparent perithecia magna, applanata, circumcirca olivaceo-hirta, librum corticis colore olivaceo-nigro tingentia, subimmersa, gelatina alba farcta dein evacuata.
- \*1657. 512. *S. ALBO-FARCTA*, L. v. S., in junioribus ramulis Sassafra, quos longe lateque inquinat colore atro. Bethl.  
*S. sparsa* aut gregaria, atro-inquinans. Peritheciis tectis, cortice omnino immersis, minutissimis, albo-farctis, solummodo sectione cultelli distinguendis, globosis, horizontaliter striatis, indistincte ostiolatis, ostiolo prospiciente per rimulas corticis atro-inquinati.
- \*1658. 513. *S. TENELLA*, L. v. S., in libro fibroso Hibisci rosei Hortorum Bethl. sub epidermide.  
*S. sparsa*, nidulans in libro sub epidermide. Peritheciis minutis elliptico-oblongis et globosis, non glabris, nigrofuscis, facillime avulso libro attolluntur—sed manent frustulis subtecta. Ostioliis minutissimis, in conspicuum venientibus inter rimulas epidermidis, quasi ex disco. Interdum plura ostiola ex uno perithecio prorumpere videntur, ceterum globoso-papillata et fere umbilicata.
- \*1659. 514. *S. DAPHNIDIS*, L. v. S., sub epidermide emortui Daph. Mezerei horto, Bethl.  
*S. primum* epidermide tecta, demum nuda, immersa libro. Peritheciis globoso-depressis nigro-fuscis tomentosis, demum orbatis, immersis crustae floccosae nigrotinctae. Intus nigro-farctis. Ostioliis primum papillaribus, demum rudibus, deformibus, elevatis, praesertim in denudatis peritheciis aetate rugosis. Nuda specimina majora praecedentibus speciebus. Atro-inquinat.
- \*1660. 515. *S. FUSCESCENS*, L. v. S., sub epidermide Castaneorum Salem et Bethl., non immersa, sed parenchymate libri fusci insidens.  
*S. aggregata* et sparsa, primum omnino epidermide tecta, sed hac dejecta, insidet libro omnino libera, saepe tamen cum epidermide attollitur. Peritheciis minutis ovato conicis, rugosissimis, nigris aut fusciscentibus, albo-farctis, interdum collapsis, confluentibus cum ostioliis papillatis, prospicientibus ex epidermidis rimis. Massa spermatica nigrescens, sed vix crustam efficiens circumfusa observatur.
- \*1661. 516. *S. PALLIOLATA*, L. v. S., in elongatis ramis non spinosis Rosae corymbosae, Bethl. aemulans *S. insititiam* et Rosae.  
*S. subseriatim* in rimis epidermidis aggregata in caespitulis ellipticis, interdum confluens. Primum tecta cuticula interna epidermidis albescentis, demum sublibera, sed semper quasi pallio ab hac circumvoluta. Peritheciis majusculis, pro ratione, paucis tantum in caespitulo, globoso-applanatis, aterrimis, punctato-rugosis, ostiolo manifesto papillato.
- \*1662. 517. *S. RHUINA*, L. v. S., frequens occurrit sub epidermide Rhois glabri Bethl. An sit *Didymosporium*?  
*S. gregaria*, longe lateque prorumpens ex epidermide ab ea arcte cincta et satis prominula. Peritheciis aterrimis applanatis, rotundatis, papilla centrali ostiolatis, sporidiis creberrimis profluentibus. Epidermide secedente, in interim pagina observatur crusta contigua corticalis nigra, et ex peritheciis hemisphaericis, nigris, glabris, interjacentibus quasi crebre pustulata.
- \*1663. 518. *S. CONSPERSA*, L. v. S., sub epidermide trunci emortui Robinae viscosae Nazareth in horto academico.  
*S. gregatim* quidem sed tamen sparsa; primum sub epidermide tecta, demum decedente; ostioliis tantum prorumpentibus quasi disco minuto concavo. Epidermide dejecto, perithecia numerosa, aterrima mediocra in conspectum veniunt, basi applanato-rotundata, et ostiolo dejecto, late pertusianina. Perfecta autem coronata sunt ostiolo sphaeriaeformi, adaequante dimidiam magnitudinem peritheci. Basis libro subimmersa est, et totum perithecium sporidiis creberrime conspersum aut punctulatum effusis etiam in ambitu. Quodam modo similis Sphaeriae sphaerocephalae nostrae.

## Trib. 24. OBTURATAE.

1664. 519. *S. SCLEROTIUM*, L. v. S., Syn. Car. 163, F. 416, nunquam mihi obvia in Pennsylvania. *Ostropa*, F. S. Veg. p. 110.
- \*1665. 520. *S. uberiformis*, F. 417, pulcherrima et distincta in ramis putridissimis Betulae, Bethl.
1666. 521. *S. ERUMPENS*, L. v. S., Syn. Car. 209, F. 419, in ramis Smilacis Carolinae et Pennsylv.
- \*1667. 522. *S. Syringae*, F. 421, passim in Syringa, Bethl.

- \*1668. 523. *S. Lonicerae*, F. 422, in *L. sempervirenti*, ibid.
- \*1669. 524. *S. tenacella*, F. 423, in *ramis junioribus* ibid.
- \*1670. 525. *S. opilata*, F. 425, in *virgultis betulignis*, ibid.
- \*1671. 526. *S. Frazini*, F. 426, etiam in *Ulmo Bethl.*
- \*1672. 527. *S. Juglandis*, F. 427, non rara in *Juglandinis*, ibid.
- \*1673. 528. *S. palina*, F. 428, locis suis rarior, Bethl.
- \*1674. 529. *S. pyrina*, F. 429, in *Malis frequens* ibid.
- \*1675. 530. *S. strobilina*, F. 431, passim in *Conis*. Perfectissima in *strobilis laricinis*, Bethl.
- \*1676. 531. *S. Verrucaria*, F. 434, in *cortice Betulino* ib.
- \*1677. 532. *S. RUBORUM*, L. v. S., vulgaris in antiquis stipitibus *Ruborum*, praesertim *Rubi strigosae cultae* Bethl.
- S.* sparsa aut gregaria, saepe seriata, sub epidermide mox dejecta. Peritheciis ovato-globosis aut hemisphaericis, paululum immersis libro corticali cum fibris ceterum assurgentibus, atris, rugosis, pro ratione majusculis, tuberculo magno, saepe dimidium perithecium adaequante, coronatis ostioli ad instar, punctato-rugoso. Interdum hoc multo minus evadit. Perithecia demum saepissime dimidiata evacuata, quasi cupulata superstitia remanent.
- \*1678. 533. *S. OLIVASCENS*, L. v. S., rarissime Salem in *virgultis ignotis*.
- S.* fere omnino tecta epidermide efficiente maculam olivaceo-nigram, quacum perithecia assurgunt minuta hemisphaerica, globosa, albofarcta, demum evacuata. Ostiolo pertuso solummodo prospiciunt ex macula, ceterum omnino tecta, nec ullibi libera.
- \*1679. 534. *S. SUBSIMPLEX*, L. v. S., freq. in junioribus ramis *Rhoi glabr. frigore emortuis* Bethl.
- S.* primum tenerrima epidermide alba tecta, per quam ostiola prospiciunt: mox orbata, in conspectum veniunt perithecia dense aggregata, cortici subimmersa, saepe confluentia (unde tantum *subsimplex* dicitur) oblongo-hemisphaerica, depressa, rugosa, atra, papillata: papilla decidua, tum pertusa.
- \*1680. 535. *S. AMORPHULA*, L. v. S., in juniorum ramorum *Juglandis* cortice, Bethl.
- S.* dense aggregata, imo passim caespitosa, sub epidermide in parenchymate corticali ac insuper epidermidem crescens. Peritheciis amorphis aut polymorphis subconfluentibus parum elevatis, carbonaceis, atris, astomis aut indistincte ostiolatis; albo-farctis.
- \*1681. 536. *S. CAPSULARUM*, L. v. S., in variis capsulis plantarum v. c. *Convolvuli purpur.* Bethl.
- S.* simplex, sparsa, applanato-hemisphaerica, minuta, papillata, papilla decidua; ad basin cincta tenerrima cinerascens epidermide capsulae cui, statu juniore, innata aut immersa. Peritheciis atris, rugosis, albo-farctis, statu madidiori et juniore intumescens et fuscescentibus.
- \*1682. 537. *S. DRUPARUM*, L. v. S., an hujus *Tribus!* sed species valde distincta non infrequens in drupis nucum *Juglandis nigrae semiputridis*, primum tecta epidermide drupae, demum hac squamulatum dejecta, fere denudata.
- S.* arctim aggregata, imo passim crustaceo-confluens. Peritheciis creberrimis ovatis, rugosis, indistincte ostiolatis, albo-farctis, demum evacuatis. Denudatis demum peritheciis squamulae corticis hinc inde adhaerent.
- \*1683. 538. *S. POMORUM*, L. v. S., affinis priori non rara (et minus evoluta jam Salem observata) in pomis exsiccatis per hiemem in arboribus praesertim *Cydoniis*, Bethl.
- S.* sparsa et aggregata, quasi insidens crusta nigra sub epidermide tenerrima pomi, quae demum squamulatum rupta decidua est; primum quasi stellatum fissa circum singula perithecia. Peritheciis ovatis, difformibus, magis prominulis quam in priori, rugosis, atris, albo-farctis, minutim papillatis.
- \*1684. 539. *S. LIGUSTRI*, L. v. S., in ramulis *ligustrinis Bethlehem*, Sphaeriam circinnantem revocat.
- S.* sparsa, crebris speciminibus, prorumpens tantum ex epidermide arctim cingente ostioli, aut superiori parte peritheci, satis elevata. Ostioli majusculis globoso-conicis, atris, glabris. Peritheciis deorsum per epidermidem penetrantibus sic ut in aversa pagina secedentis in conspectum veniunt ut bullae majusculae nigrofuscae saepe collapsae, linquentibus foveolos hemisphaericos in libro corticali. Intus nigrofartis demum evacuatis.
- \*1685. 540. *S. AZALEAE*, L. v. S., non infrequens in truncis et ramis emortuis *Azaleae nudiflorae*, Bethl.
- S.* per rimas flexuosas epidermidis, quasi seriatim erumpens, immersa libro corticali subjacente Peritheciis vix confluentibus, subdistantibus, minoribus, atris, rugosis cum ostiolo subpezizoideo-umbilicato confluentibus, parietibus internis crassis; evacuatis.
- \*1686. 541. *S. CONCOMITANS*, L. v. S., in petiolis majorum foliorum arborum, ubi per ictum *Insectarum* in gallam ampliati sunt, Bethl.



- S. sparsa, prorumpens, primum tecta, minuta, punctiformis fere aut subglobosa, astoma, intus evacuata, atra. Mox collapsa, formam pezizoideam induit.
- \*1687. 542. S. LINCOLANS, L. v. S., prorumpens in ramis salicinis, Bethl.  
S. majuscula, gregarie prorumpens, arcte cincta ab epidermide. Peritheciis pluribus saepe confluentibus in lineolas irregulares, extus ceterum atris, scaberrimis, difformibus aut globoso-applanatis; ostiolis indistinctis, spargentibus sporidia atrofusca, quibus perithecia demum evacuata repleta sunt. Juniori aetate subsecta epidermide elevata.
- \*1688. 543. S. OBTUSA, L. v. S., caules Rubi villosi gregibus vastis infestat, Bethlehem, antiquissimos.  
S. primum epidermide tecta et eam elevans; demum denudata, sparsa, sed agmine denso occupans caules. Ostiolis obtusis subelevatis. Peritheciis nigris obovatis rugosis et difformibus, minutis, nudis aut epidermide basi cinctis. Juniori aetate fuscis subpellucidis, cinctis massa albida subpulveracea demum evanida. Peritheciis albofartis.

## Trib. 25. SUBTECTAE.

1689. 544. S. SPHAEROCEPHALA, L. v. S., Syn. Car. 166, F. 436, solummodo in Carolina observata.
- \*1690. 545. S. SARMENTORUM, F. 438, in Menispermo et Celastro non rara Bethl.
- \*1691. 546. S. SULCATA, F. 439, ramulis junioribus Bignoniae, Bethl.
- \*1692. 547. S. SAEPINCOLA, F. 440, in rosis et rubis Bethl. freq.
- \*1693. 548. S. FOVEOLARIS, F. 443, in ramis fraxineis Bethl., differt aliquomoda ab friesiana—peritheciis nempe majoribus ac minus confertis.
- \*1694. 549. S. CACTI, L. v. S., Syn. Car. 227, F. 445, Salem tantum.
- \*1695. 550. S. TAXI, F. 447, in Taxo canadensi, Easton.  
1696. 551. S. ATROVIRENS, F. 448, Syn. Car. 226, in Visco, Salem.
- \*1697. 552. S. BUAI, F. 448,  $\beta$ , vulgaris Bethl. species dist.
- \*1698. 553. S. ILICIS, F. 449, Salem in foliis Ilicis opacae.
- \*1699. 554. S. CUCURBITACEORUM, F. 452, in fructu C. lagenariae, Bethl. frequens.
- \*1700. 555. S. VACCINICOLA, L. v. S., affinis S. saepincola in virgultis Vacciniorum Bethl.  $\beta$ . an diversa in Ceanotho.  
S. sparsa, tecta, peritheciis depresso-globosis, subrugosis, evacuatis aut gelatina fuliginosa spermatica repletis, prospicientibus per rimas minutissimas epidermidis, vix papillatis, atris. Valde minuta et subatro-inquinans.
- \*1701. 556. S. KALMIARUM, L. v. S., frequentissima in foliis dejectis Kalmiae et Rhododendri, cum sequenti valde affinis S. atrovirenti, Salem et Bethl.  
S. sparsa, aterrima, immatura tamen turgens et fusca, rarius propellans cirrhulum simplicem brevem fuscum. Peritheciis hemisphaericis, innatis, evacuatis demum. Major S. atrovirenti.
- \*1702. 557. S. ANDROMEDARUM, L. v. S., in foliis perennantibus, sed corruptis Andromedae axillaris, Salem.  
S. sparsa, omnino tecta, innata, minutissima, assurgens cum epidermide non discolorata; ostiolo minutissimo solummodo prospiciente et propullante cirrhulum simplicem candidum. Peritheciis nigris, depresso-globosis, albo-fartis, parenchymate immersis.
- \*1703. 558. S. SAMARAE, L. v. S., frequens in Samaris Fraxini acuminatae, Bethl.  
S. sparsa, primum tecta tenerrima epidermide, quae tum stellatim rupta, perithecia obtusa fere astoma punctato-rugosa, nigrofusca patefacit, repleta massa spermatica alba (siccitate subcornea) demum evacuata. Juniors interdem cirrhulum emittunt simplicem atrofuscum strictum; hac aetate perithecia omnino immersa sunt.
- \*1704. 559. S. JASMINI, L. v. S., in suculis emortuis Jasmini culti in hortis, Bethl.  
S. sparsa, sed passim in quincunx approximata, minuta, fusca, apice albescente, ab epidermide tecta, quacum assurgit. Peritheciis ceterum ellipticis aut subrotundis. Demum cum epidermide collapsis, disco collapse subrugoso. Intus fuscescens, evacuata. Affinis videtur S. Panacis secundum descriptionem.

## Trib. 26. CAULINCOLAE.

- \*1705. 560. S. PELLITA, F. 455, in junioribus ramis Carduorum, Bethl.
- \*1706. 561. S. TRICHOSTOMA, F. 457, in culmis secalinis Bethl.
- \*1707. 562. S. RELICINA, F. 459, in culmis cerealium, Bethl.
1708. 563. S. RUBELLA, F. 461, Syn. Car. 157,  $\alpha$  et  $\beta$ , etiam Pennsylv.

- \*1709. 564. *S. acuminata*, F. 463, in caulibus plantarum Bethl.
- \*1710. 565. *S. curvirostris*, F. 464, in caulibus umbellatarum, ib.
1711. 566. *S. acuta*, F. 465, Syn. Car. 152, vulgaris et. Pennsylv.
1712. 567. *S. lingam*, F. 466, Syn. Car. 191, valde protea in variis caulibus et Pennsylv. Interdum in macula nigra epidermidis insidet, tum *S. rudis*, nostra olim.
- \*1713. 568. *S. complanata*, F. 468, (Syn. Car.) Salem et Bethl.
- \*1714. 569. *S. coniformis*, F. 469, saepe seriatim in caulibus, ibid.
- \*1715. 570. *S. suffulta*, F. 470, rarius Bethl. forma ascorum distincta.
1716. 571. *S. dohiolum*, F. 471, Syn. Car. 192, et. Pennsylv. vulgaris.
- \*1717. 572. *S. caulium*, F. 473, Bethl. passim.
- \*1718. 573. *S. culmifraga*, F. 475, in culmis Tritici, Bethl.
1719. 574. *S. herbarum*, F. 477, Syn. Car. 193, ubique in caulibus.
1720. 575. *S. patella*, F. 478, Syn. Car. 189, vulg. in Pastinaca, Bethl.
- \*1721. 576. *S. penicillus*, F. 467, in sarmentis Humuli prope flumen Lehigh omnino sarmenta exasperans; Pilis penicillatis demum dejectis.
- \*1722. 577. *S. Pisi*, F. 472, frequens Bethl. ad caules Pisi, &c.
- \*1723. 578. *S. Arundinis*, F. 474, ad culmos Zizaniae, Philad.
- \*1724. 579. *S. scirpicola*, F. 476, rarius in *S. atrovirente*, Bethl.
- \*1725. 580. *S. Plinthis*, F. 479, in tenuioribus caulibus et culmis ibid.
- \*1726. 581. *S. VERBASICOLA*, L. v. S., affinis *S. patellae*, vulgatissima in caulibus atque in capsulis Verbasci Bethl.  
*S.* primum tecta, aggregata ac sparsa; initio hemisphaerica rugoso-punctata, nigra: demum regulariter collapsa, applanata. Ostiolo centrali latiori fere hysteriiforme. Saepe latet sub lana caulis detergibili; minor est *S. patella*. In capsulis evolutior ac varie collapsa.
- \*1727. 582. *S. nigrella*, F. 480, frequens in variis caulibus macula nigra insidens, Bethl.
- \*1728. 583. *S. poliota*, F. 481, passim ad caules Bethl.
- \*1729. 584. *S. galbana*, F. 482, praesertim obvia in caulibus Chenopodiorum et Amaranthorum, Bethl.
- \*1730. 585. *S. disseminata*, F. 484, passim ad caules. Specimina nostra paulo majora quam Friesii.
- \*1731. 586. *S. TECTA*, L. v. S., in caulibus plantarum majorum, Bethl.  
*S.* tecta, nec unquam liberata, longe lateque sparsa in caule ibidem obscurius colorato. Peritheciis depressis ellipticis, papilla globosa decidua coronatis, intus albo-farctis. Epidermide caulis circumcirca cinerascens.
- \*1732. 587. *S. MALVICOLA*, L. v. S., in libro caulium Malvae Alceae epidermide orbatò Bethl. obvia.  
*S.* minuta, subseriata, ex libro prorumpens, demum libera, forma variante; in perfectissimis conica aut etiam globosa, obtusa et deformis, ostiolo confluyente perithecio. Peritheciis albo-farctis, demum evacuatis, extus obsitis pilis griseo-nigris, divergentibus; interdum denudatis.
- \*1733. 588. *S. LACTUCARUM*, L. v. S., passim in caulibus Lactucarum et Sonchorum, Bethl.  
*S.* omnino tecta, macula fibrillosa cinerea (Dothideae) passim a peritheciis subjacentibus, globoso-depressis, albo-farctis, elevata. Ostiolis atris globosis, umbilicatis prominulis. Longitudine unciali, macula non absimilis *S. nebulosae* caulem ambit—superficie tamen inaequabili.
- \*1734. 589. *S. TENUISSIMA*, L. v. S., in caulibus Polygonati latifolii, Bethl.  
*S.* tecta, sparsa, atronitens: peritheciis astomis atro-fuscovirentibus, tenuissimis, statu vegeto hemisphaericis mox collapsis, per epidermidem conspicuis sed vix denudatis.
- \*1735. 590. *S. NIGRITA*, L. v. S., rara in caulibus Verbasci, Bethlehem.  
*S.* solitaria, sparsa, nuda, in ligno caulis Verbasci omnino referens sphaeriam e grege Villosarum. Peritheciis hemisphaericis, demum pezizoideo-collapsis, astomis, undique setis rigidis, nigris, sparsis, longitudine perithecorum obsitis, ceterum peritheciis glabris.
- \*1736. 591. *S. NAVICULARIS*, L. v. S., rara in caulibus mihi solummodo Salem obvia.  
*S.* macula nigra praedita, sed interdum etiam in caule sparsa, forma quadam elliptica naviforme elongata, utrinque obtuse contracta, non glabra, indistincte papillata, demum irregulariter collapsa. Primum cum macula sub epidermide latens, demum semisolata aut laxissime tantum affixa; substantia carbonacea-pulveracea.
- \*1737. 592. *S. OBTUSATA*, L. v. S., in variis stipitibus Bethl. reperta.  
*S.* primum tecta, demum omnino libera, sparsa, majuscula, atra, parenchymate stipitis circumcirca

- lutescenti et quasi maculam efficiente. Peritheciis variis, omnibus autem apice obtusatis; e cylindrico-globosis aut rotundatis, satis elevatis, demum subcollapsis, glabris. Ostiolo hysteriiforme transversali.
- \*1738. 593. S. *PLATYPUS*, L. v. S., elegantula propior *S. acutae*, solummodo reperta in caulibus *Ane-monis virginianae*, Bethl.  
S. sparsa, aeterrima, minuta; junior tecta, sed plerumque nuda obvia. Insidet basi applanata rotundata, margine siccitate subinflexa; a caule faciliter soluta, interdum ambitu sublobato; in hac basi assurgit perithecium conico-globosum, quasi punctatum a sporidiis profluentibus ex ostiolo globoso-papillato; ceterum glabrum et fere nitidum.
- \*1739. 594. S. *POLYGONI SAGITTATI*, L. v. S., magna copia occupat (sed rarius) caules emortuos *Poly-goni sagittati*, Bethlehem corruptissimos.  
S. sparsa, sed copiose tegens caules, atra, demum omnino libera, primum tecta, applanato-globosa, rugosissima. Ostiolo e cylindrica forma papillato fusciscenti. Interdum observatur basis subeffusa ut in priori.
- \*1740. 595. S. *BRASSICAE*, L. v. S., rara in caulibus induratis Brassicae in cellis, Bethl.  
S. sparsa erumpens inter fibros caulis, majuscula exacte globosa aut hemisphaerica, nigra aut subfus-cescens, astoma, demum rupta, ita ut inferior pars perithecii, irregulariter lacerata et evacuata su-perstes manet in caule. Peritheciis ceterum extus glabris nisi punctatis a sporidiis profluentibus.
- \*1741. 596. S. *CANNABIS*, L. v. S., sub epidermide Cannabis interdum seriata, Salem.  
S. sparsa aut seriatim disposita, demum prorumpens ex tenerrima epidermide, minutissima, applanato-globosa, rugosa; ostiolo minuto, quasi vulvaeformi, indistincto. Tota sphaeria facillime decedit cum epidermide.
- \*1742. 597. S. *LACTESCENTIUM*, L. v. S., ad inferiorem partem caulium *Asclepiadis syriaci*, Bethl.  
S. densissime aggregata, majuscula, primum sub epidermide tecta, in fibris corticalibus, quibuscum facilliter decedit sita, demum liberata. Peritheciis nigris rugosis subconfluentibus, subconicis et irregularibus, demum subcollapsis, semper autem globulo spermatice candido coronatis. Plagas pedales occupat in caule.
- \*1743. 598. S. *ASCLEPIADIS*, L. v. S., frequens in superiori parte caulium *Asclep. syriaci*, ibid.  
S. sparsa, tecta, sed per epidermidem atronitens conspicua oblongo-applanata, parum tantum elevata, passim confluens, extus corrugata, astoma, intus nigro-farcta. Quanquam semper desunt setulae Exosporii, vereor nisi ad hoc genus pertineat. Ceterum valde notabilis species.
- \*1744. 599. S. *DATURAE*, L. v. S., in capsulis et stiptibus *Daturae Salem ac Bethl.*  
S. primum tecta, minuta, sub epidermide latens sparsa, vix unquam omnino denudata. Forma perithe-ciorum applanata. Ceterum peritheciis rugulosis subcollapsis, papillatim ostiolatis—colore nigro-fusco. Occurrit etiam in aculeis Capsulae.
- \*1745. 600. S. *SCAPINCOLA*, L. v. S., vulgatissima in scapis *Yuccae filamentosae cultae*, Bethl.  
S. minutissima, orbiculata, vix tecta, sed ut puncta densissime sparsa epidermidi tenerrima insidens, nigra, applanata, subcollapsa, rugulosa, puncto centrali quasi papillata vix perceptibili. Haec sphaeria per totum scapum glabratum sparsa, eleganter eum punctulat.
- \*1746. 601. S. *AMPLIATA*, L. v. S., an ad *Concrecentes?* in caulibus *Umbellatarum* plerumque ex macula indeterminata nigra, Salem.  
S. tecta, macula nempe subcorticali late effusa. Peritheciis compressis in ipsa substantia caulis nidu-lantibus ubi observantur foveoli, post perithecium destructum. Ostiolo crasso, subprominulo, cylin-drico, pertuso apice ampliato.
- \*1747. 602. S. *RUBICUNDA*, L. v. S., in caulibus *Solani et Chenopodii*, Salem et Bethl.  
S. macula rubicunda aequabili vix determinata, tecta. Peritheciis minutis, nigris, papillatis (papillis seriatim prominentibus) inter epidermidem et librum nidulantibus epidermide rubro-colorato. Affi-nis *S. rubellae*.
- \*1748. 603. S. *LILACINA*, L. v. S., in caulibus *Asclepiadis syriaci*, Bethl. *S. rubicundae* similis.  
S. tecta, macula indeterminata semper lilacina. Peritheciis late sparsis nidulantibus sub macula, mi-nutissimis atris, passim subprominentibus.
- \*1749. 604. S. *TAGETICOLA*, L. v. S., in caulibus *Tagetum* in hortis cultis, Bethlehem.  
S. tecta, demum sublibera, sparsa in macula epidermidis cinerascenti. Peritheciis minutis, saepe 2—3 confluentibus subseriatis, epidermidem valde elevantibus, albo-farctis. Ostioli e cylindrico-globosis, valde prominentibus.

- \*1750. 605. *S. ZIZANIAE*, L. v. S., frequens in culmis foliisque Zizaniae, Philadelphia.  
S. sparsa, simplicissima, rugulosa, minuta, atra, globosa, immersa, sed in pagina inferiori protrusa. Ostiolo globoso autem punctiformiter impresso, prominente in pagina superiore, quasi sphaerulam mentiente. Pars inferior protrusa aut bullosa hemisphaerica, pro ratione majuscula, interdum collapsa.
- \*1751. 606. *S. ZINNIAE*, L. v. S., in petiolis et pedunculis Zinniae multiflorae Bethl. cultae.  
S. erumpens, simplex, sparsa, fibrillis radiantibus indistinctis circumdata, ovata, nigra, rugosa, minuta, demum ore perforato, interdum collapsa.
- \*1752. 607. *S. EVULSA*, L. v. S., rarius in sarmentis et caulibus herbarum scandentium Bethl. obvia.  
S. sparsa, semilinearis, primum omnino tecta fibris, quibuscum facillime evulsa, cum tantum laxiter insidet. Peritheciis depressis ex basi latiuscula subconice elevatis abientibus in ostiolum minutum perforatum. Cum fibris avulsa, subtus saepe collapsa.
- \*1753. 608. *S. MELOPLACA*, L. v. S., passim Bethl. in majoribus caulibus.  
S. gregaria, epidermide tenui primum tecta, demum denudata, in crusta nigra aut subfuscescente subimmersa, quacum satis assurgit et demum penetrat. Tum in conspectum veniunt perithecia crebra difformiter globosa sublibera, astoma, rugosa, nigra, evacuata. Interdum centro impresso subostiolata.
- \*1754. 609. *S. MYRRHIS*, L. v. S., in tenerrimis ramulis Myrrhis canadensis, Bethl.  
S. Maculae fuligineo-cinereae tenerae subdeterminatim effusae, uncialis, angustae nec ambientes quibus insident perithecia sparsa, minuta, e globoso-conica, atrofusca, substantia tenerrima, glabra, subcollabentia, cum ostiolo confluentia, primum ex parenchymate prorumpentia demum superficialia punctiformia. Similitudo quaedam cum *S. nebulosa*.
- \*1755. 610. *S. ECHINOPHILA*, L. v. S., in spinis Involucrorum Castaneorum freq. Bethl.  
S. sparsa, prorumpens, demum nuda, crassitiam spiniae excedens; humectata subfusca; sicca, nigra, glabra, fere globosa, ostiolata papilla manifesta acutiuscula.
- \*1756. 611. *S. SULCIGENA*, L. v. S., in antiquissimis culmis Zizaniae, Philad.  
S. seriatim sparsa in sulcis culmorum, minutissima, primum epidermide tenerrima tecta, nigrotincta, subimmersa, subrotunda, applanata, papillata, papilla obtusiuscula decidua.
- \*1757. 612. *S. PASTINACAE*, L. v. S., in caulibus denudatis epidermide Pastinacae, Bethl.  
S. sparsa quidem sed effiguratim approximatis peritheciis, citrofusca, primum epidermide tectis, demum denudatis subrotundo-obovatis aut difformibus, interdum navicularibus, minutis, rugoso-punctatis, papillatis, demum irregulariter collapsis.

## Trib. 27. FOLIICOLAE.

- \*1758. 613. *S. barbata*, F. 486, in foliis tiliaceis, Bethl.
1759. 614. *S. SARRACENIAE*, L. v. S., Syn. Car. 77, F. 492, etiam in Sarracenia, Hope, New Jersey.
- \*1760. 615. *S. flaccida*, F. 493, Bethlehem in Paeonia.
1761. 616. *S. tubaeformis*, F. 494, Syn. Car. 148, et. Bethl.
- \*1762. 617. *S. melanostyla*, F. 495, frequens in Tiliae fol. ibid.
1763. 618. *S. Gnomon*, F. 497, Syn. Car. 149, et. Bethl.
1764. 619. *S. setacea*, F. 500, Syn. Car. 150, in folio betulino ibid.
1765. 620. *S. Solani*, F. 501, Syn. Car. 151, et Bethl.
1766. 621. *S. PETIOLORUM*, L. v. S., Syn. Car. 153, F. 502, etiam in Pennsylvania occurrit in petiolis foliorum.
1767. 622. *S. PYRAMIDALIS*, L. v. S., Syn. Car. 156, F. 505, in Malo.
1768. 623. *S. POTENTILLAE*, L. v. S., Syn. Car. 208, F. 506, in foliis exsoletis Potentillae canadensis et simplicis etiam frequens in Pennsylv.
- \*1769. 624. *S. FRAGARIAE*, L. v. S., frequens vere ad folia exsoleta Fragariarum in hortis, Bethl.  
S. sparsa et gregaria, primum folio innata et proveniens in macula grisea bullata paginae superioris. Peritheciis demum emersis, globoso-elongatis, nigris, subrugosis, interdum ostiolo brevi, interdum longissimo cylindrico, immo acuminato, et etiam apice clavato-incrassato, denique in fibrillulas soluto—ceterum deciduo.
- \*1770. 625. *S. PRUINA*, L. v. S., rara in aversa pagina folii Vitis aestivalis, Bethl.  
S. sparsa, minutissima, primum immersa, demum emergens, atterima, globosa, elongata in ostiolum subsetaceum, atrum, deciduum. Extus pruina alba cum folio tecta.

- \*1771. 626. *S. sentina*, F. 508, non rara in Vitis folio, Bethl.  
 1772. 627. *S. artoceas*, F. 516, Syn. Car. 190, praesertim in fol. Castaneis freq. Bethl.  
 \*1773. 628. *S. carpinea*, F. 518, in foliis carpineis Bethl.  
 \*1774. 629. *S. aquilina*, F. 515, vulgaris Bethl. in Pteride.  
 1775. 630. *S. myriadea*, F. 519, Syn. Car. *dendroides*, 221, vulgatissima in foliis quercinis, Bethl. et Salem.
- \*1776. 631. *S. recutita*, F. 520, in foliis Caricum majorum Bethl.  
 1777. 632. *S. maculaeformis*, F. 521, Syn. Car. 219, ubique vulgaris.  
 1778. 633. *S. punctiformis*, F. 522, Syn. Car. 223, ubique in foliis.  
 \*1779. 634. *S. cruciferarum*, F. 525, in siliculis Cheiranthi, Bethl.  
 \*1780. 635. *S. subradians*, F. 524, in foliis Polygonati, Bethl.  
 \*1781. 636. *S. ANGELICAE LUCIDAE*, L. v. S., affinis *S. Aegopodii* in languescentibus foliis Angelicae lucidae, Bethl.  
 S. sparsa, peritheciis innatis, prominulis, fuscis, astomis collapsis, occupans paginam aversam folii languescentis in macula subcrustacea lutescenti late effusa.
- \*1782. 637. *S. PERIGYNICOLA*, L. v. S., passim in perigynio Caricum, praesertim *C. xanthophysae* monticolae. Pocono. Affinis *S. recutitae*.  
 S. sparsa, minutissima, astoma, nigra, erumpens, subconico-compressiuscula. Peritheciis demum evacuatis; saepe distanter seriatim erumpentibus.
- \*1783. 638. *S. COPTIS*, L. v. S., affinis *S. leptideae*, &c. frequens obvia in foliis emarcidis *Coptis trifoliatae* in Pocono monte.  
 S. sparsa, epidermide innata, convexa, depressa, atra, rugosa, collabescendo-umbilicata, nunquam denudata. Minor *S. leptidea*.
- \*1784. 639. *S. COLLAPSA*, L. v. S., rarissima in foliis Pyri Mali, Bethlehem.  
 S. sparsa, majuscula, aterrima, orbiculata, collapsa, omnino superficialis. Ostiolo papillato-punctiforme non manifestum pertuso in collapsae sphaerae centro. Ceterum perithecium hemisphaericum, glabrum—exacte collapsum, refert Scutellam Lichenis aut pezizulam.
- \*1785. 640. *S. APERTIUSCULA*, L. v. S., rara ab amicissimo Dr Torrey ex New York in aversa pagina folii Ulmi fulvae—altera pagina onusta *Dothidea* Ulmi.  
 S. sparsa, fusco-nigra, minuta, proveniens ex parenchymate bullato, primum innata; ore maximo demum aperto, et intus evacuata. Pezizulam refert minutissimam.
- \*1786. 641. *S. MORI ALBAE*, L. v. S., frequens in foliis emortuis *M. albae* Bethl., affinis *S. maculaeformi*.  
 S. hypophylla, aggregata in macula parva rotunda inaequali. Peritheciis majusculis valde prominulis, rugosis, deformibus, ore coronato globulo albo spermatico, demum deciduo—et tum subaperto.
- \*1787. 642. *S. FRAXICOLA*, L. v. S., in aversa pagina folii Fraxini etiam affinis *S. maculaeformi*, Bethl. frequens.  
 S. hypophylla; peritheciis subinnatis, astomis, nigris, demum fissis orificio longitudinaliter, difformibus, paucis tantum conjunctis maculam atram efficientibus minorem. Maculis quasi confluentibus inter se.
- \*1788. 643. *S. CONVEXULA*, L. v. S., *S. punctiformi* proxima, frequens in Juglandinis foliis Bethl.  
 S. sparsa per totum folium, innata, minuta, subrugosa superficie, tamen nitida, atra, astoma, valde convexo-elevata non collabescens.
- \*1789. 644. *S. ORBICULA*, L. v. S., vulgatissima in foliis quercinis praesertim *Q. albae* Bethl. Affinis *S. myriadeae*; sed forma maculae perdistincta.  
 S. in maculis exacte orbiculatis, margine quasi linea nigra limitatis, ob aggregationem perithecorum in margine perithecia numerosa aggregata sunt. Maculis  $\frac{1}{4}$  uncialibus diametro, cinerascensibus. Peritheciis minutissimis, innatis, nigris, prominentibus pilis longis sparsis obsitis, demum deciduis, concoloribus.
- \*1790. 645. *S. EFFIGURATA*, L. v. S., etiam affinis *S. myriadeae*—sed bene distincta. Frequens obvia in pagina aversa foliorum Fraxini acuminati Bethl. nec in ulla altera specie Fraxini.  
 S. maculis longe lateque effusis, nigro-cinerascensibus, ambitu determinatim effigurato, et ob frequentiam perithecorum in margine quasi nigrocincto: saepe totum folium in pagina aversa occupans. Peritheciis innumeris minutis accumulatis in his maculis, astomis, subinnatis, convexulis, nigris valde invicem approximatis, et crusta cinerascens (ex parenchymate folii?) quasi inter se connexis.
- \*1791. 646. *S. ALBOCRUSTATA*, L. v. S., in aversa pagina folii Platani Bethlehem, rarior.

- S. Crustae pulveraceae albae cinerascenti indeterminatim vagae effusae insident. Perithecia sparsa nigra, passim inter se in crusta quasi effiguratim aggregata, nec tamen connexa, intus evacuata, primum convexa subrugosa, demum collapsa.*
- \*1792. 647. *S. CORNI*, L. v. S., rara in Pocono in aversa pagina folii Corni floridae.  
*S. maculas efformans maximas, orbiculatas ambitu, indeterminatas—affinis S. effiguratae. His densim aggregatae sunt caespites trium aut quatuor perithecorum punctiformium absque ulla crusta, inter se distantes sed frequentes in eadem macula. Peritheciis ipsis astomis innatis, evacuatis extus punctatis.*
1793. 648. *S. POLYGONATI*, L. v. S., affinis *S. subradianti*, Bethl.  
*S. sparsa, peritheciis innatis, utrinque prominentibus hemisphaericis, astomis, atris, albofarctis—sed omnino expertibus fibrillarum S. subradiantis.*
- \*1794. 649. *S. HERBICOLA*, L. v. S., in foliis plantarum variarum herbacearum, Bethl.  
*S. latens sub crusta candida longe lateque effusa subhimantioidea. Peritheciis sparsis, nigris, ostiolatis, demum denudatis, crusta permanente tamen circa ostiola. Ostioliis conicis, longitudine perithecorum, atris, saepe deciduis; tum perithecia globosa pertusa apparent.*
- \*1795. 650. *S. CINERASCENS*, L. v. S., passim in foliis putrescentibus Asclepiadis syriaci valde feracis fungillis, Bethl.  
*S. maculis maximis irregulariter et indeterminatim in utraque pagina effusis, colorem cinerascens in aversa, nigrum in superiori servantibus, aggregata sunt perithecia innumera, minutissima, atra, innata, subacuminata, astoma aut demum pertusa, sparsa aut inter se effiguratim juncta.*
- \*1796. 651. *S. INCANESCENS*, L. v. S., in aversa pagina foliorum Tiliae Bethl.  
*S. maculis incanescentibus, latis, effusis, indeterminatis, quasi pruinatis, insident perithecia punctiformia subglobosa, minutissima, nigra, demum evacuata, saepe quasi truncata, aut collapsa.*
- \*1797. 652. *S. SUBBULLANS*, L. v. S., in superiori pagina Pyri Mali folii Bethl. rara.  
*S. maculas efficiens nigrescentes bulloso-elevatas, orbiculares, quibus innata sunt perithecia numerosa minuta, ostioliis papillatis solummodo prominentibus.*
- \*1798. 653. *S. ANDROMEDAE*, L. v. S., in perennantibus foliis *A. axillaris*, Salem passim pag. aversa.  
*S. minuta, innata, sparsa interdum subaggregata, crusta cinerea cincta, atra, convexo-globosa, demum quasi circumscissa, parte superiori decedente. Intus evacuata, et sacco manifesto praedita.*
- \*1799. 654. *S. NIGREDO*, L. v. S., in aversa pagina folii Rhois glabri frequentissima Bethl. Affinis *S. maculariformi*.  
*S. hypophylla, vix innata; aggregata aut peritheciis accumulatis, majusculis pro ratione, atris rugosis, papillatis gaudens. Ostioliis papillaeformibus subapertis. Passim solitaria. Ubi aggregata sunt perithecia, saepe crusta pulveracea cinerascens, orta ex parenchymate, aspersa.*
- \*1800. 655. *S. STAPHYLEAE*, L. v. S., vulgatissima obvia in capsulis Staphyleae trifoliatae Bethlehem. Affinis *S. punctiformi*.  
*S. sparsa, minuta, innata, rarius aggregata, forma irregulari, applanata, nigra, astoma. Intus evacuata, et sacco manifesto praedita.*
- \*1801. 656. *S. COCCINEO-MACULATA*, L. v. S., in foliis gramineis—ambiens inter hanc sectionem et tribum sphaeriarum seriatarum, Bethl.  
*S. macula coccinea indeterminata centro elevatori. In hac prorumpunt perithecia nigra seriatim aut sine ordine, astoma, oblongata, evacuata. Non absimilis *S. rubellae*.*
- \*1802. 657. *S. SOLIDAGINUM*, L. v. S., Syn. Car. 225, species distinctissima frequens etiam in Pennsylvania in variis Solidaginibus. Cur a Friesio omissa, nescio. Affinis est quodammodo *S. Potentillae*. Saepe occurrit in consortio Uredinis. Perithecia saepe evadunt majora et subtruncata interdum etiam substoliolata.
- \*1803. 658. *S. EXCIPULANS*, L. v. S., in folio ignoto semivivo dejecto in horto Nazareth.  
*S. subaggregata et sparsa in aversa pagina, superficialis nec innata, globosa aut deformis, minuta, aterrima sed furfure quodam cinereo pruinoso extus tecta, ime concava, collapsa, fundo denudata, ostiolo papillato. Excipulam refert—forte est?*
- \*1804. 659. *S. TIGRINANS*, L. v. S., hypophylla in foliis quercinis. Affinis est *S. myriadae* folium quasi maculis cinereo-nigris tigrinans.  
*S. maculis rotundis et subirregularibus  $\frac{1}{8}$  uncialibus cinereo-nigris, centro nigrioribus ob copiam perithecorum minutissimorum, apparent perithecia tuberculaeformia astomae nigrae.*
- \*1805. 660. *S. PHELLOS*, L. v. S., in foliis Quercus Phellos horto Bartrami, Philadelphia.

- S. Peritheciis paucis sparsim in macula griseo-fusca aggregatis, pagina aversa innatis, prominulis, subglobosis minutis, nigris, pertusis. In pagina superiori, macula, subimpressa fusco-nigra.
- \*1806. 661. S. PLANTAGINICOLA, L. v. S., frequens in exsoletis foliis prioris anni P. lanceolatae in terra expansis, Bethl.
- S. minuta, punctiformis, aterrima, in pagina utraque innata, subconice elevata, astoma, crebre sed irregulariter sparsa, nitens, intus evacuata sed difficiliter secta.
- \*1807. 662. S. SILIQUOSARUM, L. v. S., in siliquis inde deformatis Arabis cujusdam a Dr Torrey acceptis, subvigentibus.
- S. immaturam siliquam aequae ac folium degenerans. Peritheciis numerosis innatis, sparsis, lutescentibus conicis. Sphaeronema omnino referentibus, globulo spermatico candido, demum pulverulento coronatis. Fungillum ulterius observandum abnormem forsitan ad Sphaeronemata referendum.
- \*1808. 663. S. MAGNOLIAE, L. v. S., affinis S. myriadaeae; pagina aversa Magnoliae glaucae foliis prope Kaign's Point, Philad.
- S. orbiculatim et effiguratim aggregata, demum ita confluens ut totum folium occupat. Peritheciis tectis, punctiformibus, applanatis, astomis, cum epidermide assurgentibus, demum collapsis, nigris, sed disco albescente. Paginam superiorem folii bullatam reddit.
- \*1809. 664. S. STILBOSPORANS, L. v. S., in aversa pagina folii Quercini Bethl. rara.
- S. peritheciis sparsis, sed tamen effiguratim aggregatis, innatis, sine macula, astomis, applanatis, undique punctatis, et inde Stilbosporam referentibus, ceterum subrotundis aterrimis, minutis.

*Depazeae.*

- \*1810. 665. S. D. *buxicola*, F. 3, Bethl. in fol. Buxi.
- \*1811. 666. S. D. *Pyrolae*, F. 4, vulgaris ibid. in Pyrola.
- \*1812. 667. S. D. *KALMICOLA*, L. v. S., vulgaris, Bethl.
- S. maculis candidis orbiculatis, margine intumescente cinctis, et folia circumcirca nigricantibus. Peritheciis convexis atris concentricis innatis.
- \*1813. 668. S. D. *frondicola*, F. 8, in folio Sassafras, Bethl.
- \*1814. 669. S. D. *castanaecola*, F. 10, freq. Bethl.
1815. 670. S. D. *carpinicola*, F. 9, Syn. Car. 287, Sal. et Bethl.
- \*1816. 671. S. D. *cornicola*, F. 11, in C. florida, Bethl.
1817. 672. S. D. *Dianthi*, F. 15, Syn. Car. 292, et. Bethl. freq.
- \*1818. 673. S. D. *cruenta*, F. 17, freq. Bethl. in Polygonato.
- \*1819. 674. S. D. *ribicola*, F. 14, in foliis R. nigri, Bethl.
- \*1820. 675. S. D. *Aesculicola*, F. 12, in foliis Aesculi ibid.
- \*1821. 676. S. D. *stemmatea*, F. 2, in foliis Ilicis opacae horti Bartrami, Philadelphia.
- \*1822. 677. S. D. *TULIPIFERAE*, L. v. S., in dejectis foliis semiviridibus, Liriod. Bethl.
- S. maculis latis, nigro-fuscis, indeterminatis; peritheciis hypophyllis tuberculaeformibus fusco-nigris sparsis.
- \*1823. 678. S. D. *DRYOPHILA*, L. v. S. in foliis querneis, Nazareth.
- S. macula magna, orbiculatim effigurata, in ambitu cinerea. Peritheciis innatis sparsis globoso-elevatis, centro impresso.
- \*1824. 679. S. D. *CATALPICOLA*, L. v. S., in pagina superiori dejectorum foliorum Catalpae.
- S. maculis bullatis, griseis, fusco-limitatis. Peritheciis innatis minutissimis, punctiformibus, nigris, densim sparsis.
- \*1825. 680. S. D. *SMILACICOLA*, L. v. S., in foliis Smilacis rotundifoliae Bethl.
- S. macula subquadrata impressa, rufofusca aut nigra. Peritheciis subconicis, nigris sparsis, innatis in ambitu.

## SUBORDO II. DICHAENI.

*Observatio.* In hoc et in quarto subordini Sphaeriacearum ultimum in quoque genus, ut ad novam Friesii dispositionem Sphaeriarum pertinet, nempe genus *Gibbera* in hoc, genus *Ascopora* in quarto subordinate, jam in nostro genere *Sphaeria* subsumptum, hic praetermissum. Tertius subordo autem "*Strigulinorum*" omnino tropicus, et nulla species apud nos occurrit, plures autem ex Surinamo mihi communicatae sunt.

## Genus 56. DICHAENA. Fries. Sys. Veg. p. 108.

- \*1826. 1. *D. macularis*, (*Opegrapha macularis* Auctorum) frequens in ramis vivis arborum Salem et Pennsylv.  
 1827. 2. *D. SMILACINA*, L. v. S., Syn. Car. Xylom. F. p. 270, Rhytism. Frequens Salem et Bethl. in ramis emoriendis et emortuis *Smilacis rotundifolii*. Vix differt a *Rhytismate* citato—et certissime melius huc.  
 \*1828. 3. *D. CAESPITOSA*, L. v. S., in cortice fagineo ex Nova Anglia misit Torrey.  
*D.* Peritheciis erumpentibus per velum innatum caespitosim aut plerumque quaternatim, rotundato-subcompressis, fulgineo-nigrescentibus, demum pulverulento-faciscentibus, apice interdum irregulariter porrecto, aut rima abbreviata dehiscentibus. Epidermide subcinerascente cincta, peritheciis elevatis aggregatione quadam in plagas majores nigras.

## Genus 57. OSTROPA. Fries. Sys. Veg. p. 109.

- \*1829. 1. *O. SPHAERIOIDES*, L. v. S., in frustulo ligni siccis Nova Anglia misit Torrey.  
*O.* Peritheciis sparsis aut aggregatis sed non confluentibus, majusculis, elliptice rotundatis, cum ligno adscendentibus, subcompressis, atris, subrugosis, rima centrali abbreviata transversim apertis—fere orificio *Sphaeriae Pertusae* simili.  
 \*1830. 2. *O. RUGULOSA*, L. v. S., in trunco jacenti ingenti *Juglandis cinereae* terrae incumbenti, locis cariosis cortice denudatis et hinc albescentibus, Erie County, Pennsylvania, prope Conneaut Creek.  
*O.* cohortes peritheciorum longe effusae, numerosae et longitudinaliter confluentes. Peritheciis singulis vix distinctis, carbonaceis, extus aterrimis, intus fusciscentibus, striato-rimosis, innatis ligno cinerascente in tuberculum elevato, demum subdehiscentibus. Superficie applanata sunt perithecia et plerumque rugulosa.  
 \*1831. 3. *O. HYSTERIOIDES*, L. v. S., rara in lignis quercinis vetustate albescentibus, Bethl.  
*O.* peritheciis saepe longitudinaliter confluentibus, forma navicularibus, striatis, nigris, passim etiam deformibus. Rima transversali, labiis obtusiusculis. Libera insidet ligno, sed evidenter prorupta ex libro carioso; versus basin manifestum contracta, ita ut interdum substipitata evadit more *Lophii*. Ascis diffluentibus.  
 \*1832. 4. *O. CINERASCENS*, L. v. S., in ligno denudato *Liriodendri* Bethl. tenuissime cinerascente sed vix crusta induta.  
*O.* peritheciis sparsis, frequentibus, minutis, tuberculatim elevatis cum ligno, nigrofuscis, longitudinaliter rima notatis aut fissis, ceterum ellipticis, innatis, primum velo tectis. Rima ostiolosa subelevata.

## SUBORDO III. STRIGULINI. Deest.



## SUBORDO IV. DOTHIDINI.

Genus 58. VERMICULARIA. Fries. Syst. Veget. p. 111. EXOSPORIUM, Link. Spec. Plant. tom. vi., p. ii., pagina 120.

Mihi videtur melius huc, quam inter Gymnomyces Linkii locandum genus. Setae quibus semper gaudet, pro Sporidia habet Link., vix jure. Sporidiorum ab indole omnino abhorrent, nec ullibi invenio sporidia tam constanter affixa, equidem saepissime provenientia ante evolutionem fungi ipsius (Sporidochii, Link.). Difficillime quidem ob minutiam ascis in perithecio observantur—tamen in plurimis speciebus mihi contigit eos distinguere. Tum, ut habet Friesius, annulati et vermiculati sunt. An duae primae species ad hoc genus pertineant, an genus proprium—nomine *Exosporium* designandum et loco Linkii inter Gymnomyces locandum efficient—adhuc incertus sum. Tamen mihi probabile videtur, de numero specierum, tam a me aucto, forsan disputandum. Sed accuratori observatori differentia satis memorabilis videbitur in plurimis—loco naturali observatis. Si alio aliter placeat, nil objiciendum habeo, nisi quod persuasus sum species optimas vix posse stabiliri, sine ampliori descriptione formarum variantium in natura obviarum.

- \*1833. 1. *V. Tiliae*, Link. p. 121, no. 1, an *Exosporium* Gymnomycetum in ligno Pini Bethlehem var. insignis.
1834. 2. *V. clavuligera*, Link. n. 2, Syn. Car. Conoplea, in truncis salicinis non infreq. Carol. An etiam ad genus propositum *Exosporium*.
- \*1835. 3. *V. hypodermia*, Link. n. 3, in caule Umbellat. Bethl.
- \*1836. 4. *V. hispidula*, Lk. 4, rara Bethl. in foliis gramineis.
1837. 5. *V. Dematium*, Lk. 5, Syn. Car. Sph. dematium vulgatissima.
- \*1838. 6. *V. minuta*, Lk. 6, F. Sph. dematium  $\beta$  460, in albumine caulium Bethlehem minutissima species.
- \*1839. 7. *V. trichella*, Lk. 7, F. Sph. 203, in foliis Polygonati, Bethl.
- \*1840. 8. *V. ditricham*, Lk. 8, F. Sph. 49, in foliis querneis, Bethl.
- \*1841. 9. *V. maculans*, Lk. 10, praesertim in petiolis Araliae spinosae et in caulibus, Bethl.
- \*1842. 10. *V. THEETICOLA*, L. v. S., rarissima species Salem inventa in thecis exsoletis Dicrani scopariae. V. peritheciis minutis difformibus, interdum longitudinaliter confluentibus, subnitentibus, innatis, aterrimis. Setis longiusculis aterrimis, demum densis, sed longitudine inaequali, longioribus divergentibus Peritheciis apice concaviusculis. Minor *V. hispidulae* cui affinis.
- \*1843. 11. *V. SUBEFFIGURATA*, L. v. S., frequens in variis caulibus Bethl., mire varians. V. primum tecta sub tenera epidermide et more Sphaeriarum cum ea assurgens; perithecium majusculum, quanquam punctiforme, sparsum. Demum denudata, multo major evadit. Peritheciis quodammodo in plagis effiguratis, colore aterrimo insignibus collectis, subelevatis, apice applanatis, numerosis, interdum late confluentibus. Setis inaequalibus, aterrimis, aequantibus altitudine perithecium, rectis, praesertim in apice conspicuis. Plagae occurrunt biunciales, semiunciam latae, distinctae in ambitu filis basilaribus dothidinis radiantibus.
- $\alpha$  *scapincola* frequens in scapis Yuccae filamentosae hinc quasi reticulatis. Fere semper simplex et sphaeriomorpha.
- $\beta$  *dianthicola* vulgatissima in caulibus Dianthi chinensis et aliorum, distincta colore aterrimo et magnitudine insigni peritheciis.
- $\gamma$  *Helianthi* versus radicem in caulibus maximis Helianthi annui—varietat. gigantea.
- \*1844. 12. *V. LILIACEORUM*, L. v. S., frequens Bethlehem in caulibus Hemerocallis, Allii et aliorum Liliaceorum. V. peritheciis plerumque sparsis, primum tectis, innatis, atrosplendentibus, subrotundis aut ellipticis rariis confluentibus. Centro elevato, coronato setis longis, filiformibus undique divergentibus. Ceterum perithecium nudum. Fibrillis basilaribus radiantibus in caule more Dothidearum ut in priori. His interdum fusciscentibus.
- \*1845. 13. *V. IPOMAEARUM*, L. v. S., frequens in caulibus I. coccineae, purpureae, &c. Bethl. V. peritheciis sparsis, globosis, majusculis, nigris, absque nitore, ex epidermide erumpentibus, demum

- disco truncato. Setis in apice truncato, densis, subcinerascentibus, altitudinem perithecii aequantibus.
- \*1846. 14. *V. ACUMINATA*, L. v. S., in foliis aut scapis Iridis virginicae Bethlehem freq.  
*V.* peritheciis sparsis, epidermide tectis, utrinque acuminatis, ellipticis, centro elevato, nigronitentibus. Setis paucis longis, subrectis, in apice sitis, inaequalibus nigris. Rarius confluent.
- \*1847. 15. *V. POLYGONATI*, L. v. S., passim in corruptissimis caulibus Polygonati, Bethl.  
*V.* peritheciis e globoso-conicis, manifestum truncatis, nigris, vix nitentibus, sparsis, innatis, demum subliberis. Setis in truncatura sparsis, erectis, rigidis, filiformibus.
- \*1848. 16. *V. POLYGONI VIRGINICI*, L. v. S., rarius obvia in caulibus Polygoni virginici, Bethl. sed ubi adest copiosissima.  
*V.* peritheciis sparsis, innatis, nigrospendentibus vix confluentibus, utrinque arcte acuminatis, centro ex basi latiusculo, valde elevato-conico. Setis brevibus in apice collectis.
- \*1849. 17. *V. ANGUSTATA*, L. v. S., in tenerrimis ramulis Catalpae frigore emortuis, Bethl.  
*V.* peritheciis aggregatis in maculas nigras, angustato-elongatis, confluentibus, epidermide omnino tectis. Setis solummodo per rimulas epidermidis prorumpentibus, longiusculis nigris rectis, demum divergentibus.
- \*1850. 18. *V. EFFUSA*, L. v. S., rarius ad stipites corruptissimos Ruborum Bethl.  
*V.* peritheciis primum omnino tectis, sparsis, globoso-applanatis; demum confluentibus, epidermide orbatis, nigris, et in maculas late effusis. Setis longis divergentibus, non valde nigris, confusis in macula, i. e. undique provenientibus.
- \*1851. 19. *V. SILPHII*, L. v. S., frequens in caulibus Silphii culti in horto Nazareth.  
*V.* peritheciis oblongis, subrotundisve, obtusis, valde applanatis; confluentibus, aggregatis in macula expallente, nigris, tectis. Setis frequentibus, brevibus, atris, prorumpentibus ex epidermide.
- \*1852. 20. *V. BALSAMITAE*, L. v. S., rarius in caulibus *I. Balsamitae*, Bethl. maculas formans.  
*V.* peritheciis innatis rotundatis, parum elevatis, truncato-applanatis, aterritis; interdum difformibus. Setis breviusculis concoloribus, plerumque sitis quasi in margine truncaturae nec alibi.
- \*1853. 21. *V. PETIOLORUM*, L. v. S., frequens in dejectis petiolis Aesculorum et Catalpae, Bethl.  
*V.* peritheciis sparsis, tectis, aterritis, parum elevatis, difformibus aut globoso-conicis, frequentissimis, interdum elongatis, angustatis. Setis longissimis divergentibus.
- \*1854. 22. *V. PUNCTANS*, L. v. S., rarius in foliis Andropogi avenacei, Bethl.  
*V.* peritheciis sparsis, innatis, nunquam confluentibus; in pagina superiori folii pezizoideis; setis in inferiori pagina conspicuis, brevibus, sparsis, atris, densis, in perithecio punctiformi, rotundo-applanato aut orbiculato.
- \*1855. 23. *V. DENUDATA*, L. v. S., in culmis et foliis Poarum, &c. Bethl.  
*V.* peritheciis sparsis, atris, maximis pro ratione culmi teneri, punctiformibus, rotundatis, innatis sed demum erumpentibus, satis elevatis, subtruncatis rugosis. Setis brevibus, *deciduis* (quod singulare). Tum sphaeriam refert.
- \*1856. 24. *V. EPIPHYLLA*, L. v. S., rarius in aversa pagina foliorum putridorum, Bethl.  
*V.* peritheciis basi innatis, aut substantia folii immersis, demum erumpentibus, sparsis, juvenilibus subconicis, proveciori aetate, rotundato-applanatis, minutis, aterritis. Setis subrigidis aut flaccidis concoloribus creberrime in toto perithecii sitis. Crusta quadam albescente ex folio orta circumdata.
- \*1857. 25. *V. GERARDIAE*, L. v. S., in exsoletis stipitibus Gerardiae quercifoliae, Bethl.  
*V.* aterrita, irregularis. Peritheciis primum globoso-difformibus, parum elevatis, demum longitudinaliter effusis. Setis inaequalibus undique divergentibus, interdum longissimis, rigidis; pulvere quasi adspersis.
- \*1858. 26. *V. ALBOMACULATA*, L. v. S., affinis Sphaeriae Depazeae ribicolae in variis foliis dejectis v. c. Liriodendri, Populi, &c. Bethl.  
*V.* maculis epiphyllis lacteis, latis (v. c. in foliis Liriodendri ubi margine fusco cinctae sunt maculae) aut minoribus (in foliis Populi) suborbiculatis, quibus insident perithecia, sparsa, conico-globosa aterrita, setis tecta longiusculis; ceterum minutissima oculo nudo vix distinguenda, subinnata.
- \*1859. 27. *V. STAPHYLEAE*, L. v. S., gregatim in epidermide tenerorum ramorum Staphyleae.  
*V.* peritheciis quasi applanatis subpezizoideis ex epidermide subcorrugata prorumpentibus. Setis aterritis flexuosis longis. Perithecia acervata sunt quasi subeffigurata.
- \*1860. 28. *V. ARCTII*, L. v. S., rarius in caulibus Arctii Lappae, Bethl.

- V. sparsa ac aggregata, epidermide innata. Peritheciis polymorphis atris, semper applanatis. Setis densissime longis, immixtis brevibus, undique divergentibus.
- \*1861. 29. V. *FILICINA*, L. v. S., ad caudices Osmundae et Onocleae exoletas, Bethl.  
V. peritheciis aggregatis frequenter in macula rubescenti aut expallenti, applanatis, ovalibus, tectis, nigris, prorumpentibus centro elevato. Setis brevibus aut longiusculis, fusco-nigris, subsparsis in apice applanato. Saepissime inveniuntur perithecia setis omnino orbata.
- \*1862. 30. V. *INVOLUCRI*, L. v. S., passim in interiori Involucri Aesculi cultae, Bethl.  
V. distinctior ceteris. Minima, atra, plerumque globosa et valde elevata, basi constricta. Peritheciis undique obsitis setis, breviusculis in ambitu, confluentibus, innatis interiori epidermidi. Refert Sphaeriam villosam, sed Ascis Vermiculariae et intus quasi similis.
- \*1863. 31. V. *OVATA*, L. v. S., in caulibus plantarum ignotarum Horti, Nazareth.  
V. peritheciis aggregatis, aterrimis, primum erumpentibus, demum superficialibus, majusculis, ovatis, applanato-truncatis. Setis filiformibus crebris divergentibus—et in disco subpezizoideo truncaturae frequentibus. Refert primo obtutu pezizulam nigram.
- \*1864. 32. V. *SCANDENTIUM*, L. v. S., in caulibus scandentibus v. c. Galii aparinis, Bethl.  
V. peritheciis minutissimis atronitidis prorumpentibus plerumque longitudinaliter compressis, tamen utrinque attenuatis aut acuminatis, juniori aetate nudis, in ambitu saepe fuscescentibus. Demum setis parvis filiformibus divergentibus in cacumine tantum sitis coronata.
- \*1865. 33. V. *TRUNCATA*, L. v. S., in caulibus, sarmentis ac leguminibus Phaseolorum horti frequens Bethl.  
V. peritheciis lineam vix excedentibus, nigris (in leguminibus majoribus), adnatis, confertis, hemisphaericis, horizontaliter truncatis in majoribus; in minoribus irregulariter conico-truncatis, rugulosis. Setis filiformibus praesertim truncaturam occupantibus, divergentibus, longioribus, brevioribus immixtis. Saepe setae caducae sunt, ita ut perithecium orbatur.

## Genus 59. DOTHIDEA.

## Trib. 1. DENUDATAE.

1866. 1. D. *ZEAE*, L. v. S., Syn. Car. n. 234, Sphaeria, frequens in Carolina nec in Pennsylvania obvia circum nodos caulis Zeae. Omnino hujus loci. Caule distinguenda a Cladosporio herbaceo indurato frequenter occurrens iisdem locis.
- \*1867. 2. D. *MORIFORMIS*, F. S. M. p. 549, n. 1, rara in ramulis Mori albae, Bethl.
- \*1868. 3. D. *ENCOELIUM*, L. v. S., passim obvia in junioribus ramis Gleditsiae Bethl. libro corticali insidens, sed per epidermidem prorumpens, revoluta-fissam. Refert Pezizam Encoelium.  
D. Peritheciis caespitosim confluentibus in caespitulum subrotundum, ex epidermide erumpentibus. Caespitem sphaeriarum, centro quasi undulatum depresso, sed nullimodo aperto, refert—extus peritheciis granulatis et furfure fuligineo-fusco, subdetergibili densim tectis, parietibus internis corneis nigro nitentibus. Massa ascigera subcellulosa ceracea, lutescente, primum pellucida, demum subpulverulento-fatiscente, intus repleta. Diameter caespitis lineam excedit, et multae sparsae sunt per epidermidem.

## Trib. 2. ERUMPENTES.

- \*1869. 4. D. *ATRA*, F. p. 550, n. 4, rarissima sed una vice in cortice Hibisci rosae sinensis Easton magna copia.
1870. 5. D. *RIBESIA*, F. 5, Syn. Car. 22, Sphaeria; vulgaris et Pennsylv.
1871. 6. D. *SAMBUCI*, F. 6, Syn. Car. 23, Sph. vulgarissima et Pennsylv.
- \*1872. 7. D. *MEZEREI*, F. 7, in trunco emortuo Daphnidis, Bethl.
1873. 8. D. *SPHAEROIDES*, F. 11, Syn. Car. *Sclerotium*, 319, frequens Salem et Bethl. in ramis Populi italicae.
- \*1874. 9. D. *RADICALIS*, L. v. S., in defossis radicibus arborum Bethl. affinis priori.  
D. erumpens, simplex sed fasciculatim proveniens, epidermide cincta. Peritheciis subrotundis et difformibus atris punctato-rugosissimis, apice plicato depressis. Intus albo-farctis, cellula unica conspicua. Demum, ut videtur, perithecia subaperta, massam albidam subgrumoso-ceraceam ostendunt internam. Diametro lineari.

- \*1875. 10. *D. CAPREOLATAE*, L. v. S., erumpens ex corruptis ramulis Bignoniae capreolatae, Salem.  
*D. atra*, erumpens, subrotunda aut difformis, epidermide stellatim cincta, saepe confluens. Superficie externa primum marginata depressa, demum granulata rugosa. Intus e fuligineo-nigra, cellulis periphaericis minutis albo-farctis. Substantia molliuscula major *D. Ribesiae* affini.
- \*1876. 11. *D. ROBINIAE*, L. v. S., in junioribus ramis Robiniae, Bethl. non rara.  
*D. erumpens caespitulis* minutis subrotundis convexis, undulatim confluentibus, aterrimis. E sphaerulis 3—4 majusculis, rugulosis, globoso-depressis, passim subostiolatis constare videtur caespitulus. Intus concolor, cellulis minimis albo-farctis. Multo minor priori.
- \*1877. 12. *D. RHUINA*, L. v. S., frequens in putridis ramis junioribus Rhois radicantis Salem et Bethl.  
*D. minuta*, erumpens ex epidermide fissa, valde cum fungo elevata; primum punctiformis, demum caespitulum elongatum, saepe confluentem, atrum, rugoso-punctatum efficiens. Intus concolor.
- \*1878. 13. *D. VIBURNI DENTATI*, L. v. S., rara obvia in ramis *V. dentati* Bethl. distinctissima.  
*D. minuta*, erumpens, nigra, rugosa; saepissime aggregata in caespitulis ovatis, epidermide arctim cinctis et longitudinaliter conjunctis, vix tamen confluentibus: interdum simplex Sphaeriam difformem globoso-turbinatam, brevi pseudo ostiolo praeditam mentiens. Intus farcta massa alboceracea cellulosa.

## Trib. 3 et 4. XYLOMA.

\* *Polystigma*.

1879. 14. *D. typhina*, F. 13, Syn. Car. Sphaeria, 65, et in Pennsylvania plerumque in Muhlenbergia erecta.
1880. 15. *D. rubra*, F. 14, Syn. Car. pag. 28 in Nota. Etiam in Pennsylv. semper sterilis obvia.
1881. 16. *D. ORBICULATA*, L. v. S., Syn. Car. *Xyloma*, 21, F. 16, in Diospyro—vix Pennsylv.
1882. 17. *D. Ulmi*, F. 18, foliis ulmeis ex New York, Halsey.
1883. 18. *D. Rhois*, L. v. S., Syn. Car. 274, Xyl. F. 19, Salem et Bethlehem in foliis *R. glabri* et copallini.
- \*1884. 19. *D. BUMELIAE*, L. v. S., in foliis Bumeliae oblongifoliae acceptis a celeberrimo Nuttall ex regione Arkansa. Affinis *D. rubrae*.  
*D. epiphylla* in foliis vegetis, orbiculata, magna, ovata et subdeformata, in utraque pagina conspicua, in superiori eleganter lateritio-rubra subnitens et vernicosa, cellulis paucis sparsis, subelevatis, minutim pseudo ostiolatis. In pagina inferiori lateritio-pallida, absque nitore, cellulis orbiculatim protrusis. Semiunciam longitudine et latitudine interdum excedens.

\*\* *Stigmeae*.

1885. 20. *D. HELIOPSISIDIS*, L. v. S., Syn. Car. *Sphaeria*, 69, F. 23, species distinctissima, Bethlehemis abundantior in caulibus Helianthi divaricati et multiflori; etiam in foliis. Varietatem insignem majorem, caulem non ambientem sed ex caule prorumpentem, peritheciis rugosis, ex Nova Anglia misit Cl. Torrey in caule Asteris.
- \*1886. 21. *D. MISSOURIENSIS*, L. v. S., vulgatissima in nucibus vetustis venditioni expositis in foro sub nomine "Pecan Nuts" (Juglandis olivaeformis) ex New Orleans—nempe in nucibus ipsis.  
*D. efformans maculas* effiguratas, e fusco nigronitentes plerumque longitudinaliter productas, interdum tamen latius effusas, confluentes, praesertim in cacumine nucis. Constant ex innumeris minutissimis tuberculis, densissime aggregatis, compresso-difformibus, vix inter se confluentibus, pulverem pyrium forma revocantibus, sed multoties minores. Internam structuram, ob minutiam videre mihi non contigit. Valde distinctus fungus, oculos alliciens.
1887. 22. *D. ASTEROMORPHA*, L. v. S., Syn. Car. *Sph.* 289, F. 25, solummodo in Carolina mihi obvia.
1888. 23. *D. GRAMMA*, L. v. S., Syn. Car. *Sph.* 233, in Stylosanthe, Salem.
1889. 24. *D. BRACHYSTEMONIS*, L. v. S., Syn. Car. *Sph.* 73, F. 27, in foliis Pycnanthemis (Brachystem) Salem.
1890. 25. *D. EXASPERANS*, L. v. S., Syn. Car. *Sph.* 220, et Bethl.
- \*1891. 26. *D. stipata*, F. 30, in caulibus Angelicae triquin. Bethl.
- \*1892. 27. *D. CULMICOLA*, L. v. S., ad culmos et vaginas Andropogi avenaceae, Bethl.  
*D. effusa*, laxae aggregata in maculas latiores, constans ex tuberculis minutis passim confluentibus etiamque sparsis, angulatis, difformibus, atronitentibus, minimis, prorumpentibus, intus concoloribus.

- \*1893. 28. *D. EFFUSA*, L. v. S., in epidermide secedente caulium Helianthi annui, Bethl.  
*D. longe lateque effusa in maculis determinatis nigris, constantibus ex innumeris minutis peritheciis, elevatis, difformibus nigris, aggregatis, epidermidi innatis confluentibus; sed in ambitu quasi simplicia et in subiculo fibrillosa sita sese ostendunt, transitum ad sequentem familiam efficientia.*
- \*1894. 29. *D. GLYCINEOS*, L. v. S., secundum descriptionem affinis *D. geographicae*; elegantissima, frequens in foliis subvigintibus Glycineos monoicae Bethl.  
*D. in utraque pagina, sed evolutior in aversa efficit maculas negras effiguratas, rotundas, e longinquo griscentes, semiunciales. Lente perscrutata ex innumeris peritheciis aterrimis ex epidermide folii prorumpentibus constat, arcte sequentibus venas folii, reticulatim confluentibus in lineolis interruptis, aemulantibus mappam geographicam, rugosis, astomis, oblongo difformibus, intus albofarctis.*
- \*1895. 30. *D. FRIGORIS*, L. v. S., in junioribus ramulis Viburni frigore enecatis, Bethl.  
*D. latissime effusa in junioribus glabris ramis, quasi crusta nigra investiens. Lente admota perithecia multa minuta nigra, subtecta, subelevata, punctiformia, apice subumbilicata distinguenda sunt, intus albo-farcta et connexa crusta quadam nigra glabrescente.*
- \*1896. 31. *D. FRUCTIGENA*, L. v. S., in pomis putridissimis in campo dejectis prope Camden.  
*D. in maculis  $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{2}$  uncialibus subcrustaceis, in corrugata epidermidi pomorum putridorum, aggregatae sunt cellulae aut perithecia majuscula, atra, difformia, rugosa, subcornea, primum molliuscula nec tamen tremelloidea, magnitudine dimidiae seminis papaveris, inter se confluentia, interdum apice deliscentia poro aut rima quadam, et totam crustam occupantia. Fungum memorabilem tantummodo loco citato nec alibi observavi in pomis.*
- \*1897. 32. *D. CHALYBEA*, L. v. S., frequens obvia in ligno denudato caesarum Kalmiarum subexsiccato Bethl. Etiam passim sub cortice junior.  
*D. efformans maculam elegantem, primum orbicularem aut effiguratam, semiunciali diametro, colore chalybeo. Demum confluent maculae et ad 4—6 uncias extensae sunt. Macula videtur demum ex fibrillis crassiusculis indistinctis constare, margine aut ambitu subdivergentibus. Cellulis frequentibus prominulis, minutis, difformibus nigris, sparsis et interdum confluentibus.*
- \*1898. 33. *D. DENIGRANS*, L. v. S., cum priori, sed plerumque in ligno Kalmiae antiquiori Bethlehem obvia.  
*D. longe lateque effusa praesertim longitudinaliter, determinatim effigurata, confluens, exhibens crustam tenuem nigrescentem, cellulis elevatis obsitum, nigris, inordinatis, subrotundo-difformibus, applanatis, intus farctis massa fusciscenti, subceracea. In ambitu crusta subplicata, rugosa. Occurrunt pustulae cellulares majores (lineam longae) quasi pezizulam applanatam nigram, disco aperto subfatiscente, mentientes.*
- \*\*\* *Asteroma.*
- \*1899. 34. *D. LAURI BORBONIAE*, L. v. S., in foliis Lauri Borboniae ex Georgia missa ab Leconte amico.  
*D. macula minuta orbiculari, in ambitu manifestus sed etiam omnino ex fibrillis radiantibus, conflata, aterrima, laxius imposita pagina superiori folii. Cellulis majusculis centralibus concoloribus, pezi-zoideis, concavis impositis fibrillulis.*
- \*1900. 35. *D. vernicosa*, F. n. 32, rara Salem et Bethl. caulibus.
- \*1901. 36. *D. PENICILLATA*, L. v. S., non infrequens in Scapis Alliorum, &c. Bethl.  
*D. macula effusa, atronitens et fibrillis tenerrimis vix distinctis, quasi penicillatim sub epidermide, praesertim longitudinaliter expansis; subinde fusciscentibus. Cellulis subtectis majusculis, subconice elevatis nitentibus. Interdum occurrunt majores simplices extra maculam.*
1902. 37. *D. Himantia*, F. 33, Syn. Car. *Sph.* 216, et Pennsylv. vulgaris.
- \*1903. 38. *D. reticulata*, F. 34, in foliis Iridis, Bethl.
- \*1904. 39. *D. geographica*, F. 35, in foliis querneis, New York et Bethl.
- \*1905. 40. *D. Asteroma*, F. 36, in caule Polygonati, Bethl.
- \*1906. 41. *D. Xanthii*, F. 43, Carolina in foliis Xanthii.
1907. 42. *D. DIOSPYRI*, Syn. Car. Xylom. 272, F. 39, Carolina.
- \*1908. 43. *D. Solidaginis*, F. 45, frequens in foliis Solidaginum variorum, Bethl.
- \*1909. 44. *D. POMIGENA*, L. v. S., frequens in maturis Pomis dictis "Newton Pippins" Pennsylv. Vide alteram Paginam.  
*D. pomigena maculis orbiculatis laxis, e fibrillis tenerrimis nigris reticulato-radiantibus, plerumque sterilibus. Cellulis in centro aggregatis, applanatis, majusculis. Maculis vix unquam  $\frac{1}{4}$  uncialibus.*

- \*1910. 45. *D. GENTIANAE*, L. v. S., subaffinis *D. stellari*. Rara sed distinctissima in foliis emarcidis *Gentianae ochroleucae*, Nazareth.  
*D.* maculis irregulariter effusis, ad longitudinem semi-unciam nigris aut subolivascensibus fere continuis; fibrillis tenuissimis parenchymate innatis. Cellulis sparsis frequentissimis, subconice-elevatis atronitentibus, demum pertusis.
- \*1911. 46. *D. DELICATULA*, L. v. S., in culmis graminum cerealium, &c. Bethlehem.  
*D.* maculis tenerrimis fibrillosis eleganter ex centro radiantibus, fibrillis anastomosantibus. Juniores expertes cellularum olivaceo-nigrescentes; seniores cellulis centralibus aggregatis nigris minutissimis.
- \*1912. 47. *D. RAMOSA*, L. v. S., rarior in caulibus praesertim *Chenopodii*, Bethl.  
*D.* maculis oblongis nigris e fibrillis ramosis, radiantibus solummodo longitudinaliter, primum subtectis. Cellulis confertis seriatis demum ruptis. Maculae ut in priori minores, 2—3 lineas non excedunt.
- \*1913. 48. *D. CRUSTACEA*, L. v. S., frequens caules *Phytolaccae* longe lateque incrustans vernali tempore, crusta vernicosa nigra, Salem et Bethl. E longinquo oculos alliciens.  
*D.* maculis maximis, pedalibus saepe, piceis nitentibus late expansis, crustaceo-crassis, siccitate transversim ruptis, et in frustulis secedentibus. Ambitu in junioribus fibrillulae latiores anastomosantes manifestantur, demum quasi daedaleoso-porosae, poris aut cellulis impressis. Passim occurrunt ostiola sparsa globoso-applanata—forsan etiam hae cellulae sunt. Quodammodo affinis *D. stellari*. Saepissime maculae tam sunt continuuae, ut fibrillulae non distinctae sunt; tum caulis quasi pice illita.
- \*1914. 49. *D. ELEGANS*, L. v. S., etiam vulgatissima in caulibus *Phytolaccae* tenerrima epidermidi innata et cum ea decedens, Salem et Pennsylvania.  
*D.* maculis semiuncialibus, olivaceo-virescentibus, demum nigrescentibus conflatis ex fibrillis ramosis undique divergentibus anastomosantibus: semper figura maculae elliptico-acuminata. Maculae saepe confluent. Cellulis minutis frequentibus, sparsis, atronitentibus, saepe circumcirca extra maculam vagantibus. Nomen triviale adscriptum cum proxima specie solummodo comparandum—nam *Dothideae* plures ceterum elegantiores. *Phytolacca feracissima* est planta specierum.
- \*1915. 50. *D. INELEGANS*, L. v. S., frequens cum priori in caulibus *Phytolaccae* et Salem et Bethl.  
*D.* maculis minutis, nigris, non nitentibus, crebris, confluentibus, orbiculatim elongatis e fibrillis ramosis, crassiusculis distinctis e centro radiantibus. Cellulis raris centralibus, subacutis, subelevatis, minutis. Saepe occurrunt fibrillulae radiantes divaricato-ramosae omnino steriles. Congeries macularum magnum spatium occupat in caule.
- \*1916. 51. *D. PHYTOLACCAE*, L. v. S., cum ceteris frequens in caulibus *Phytolaccae*, Bethl.  
*D.* longissime effusis pseudomaculis, non fibrillosis sed solummodo aggregatione cellularum aut perithecorum formatis, primum incoloratis subtectis, demum cellulis densius prorumpentibus nigrescentibus. Cellulis minutis nigris, subelevatis nitentibus difformibus nigris; primum tectis, demum epidermide triangulariter rupta, prospicientibus. In ambitu cellulae simplices creberrime sparsae.
- \*1917. 52. *D. HIBISCICOLA*, L. v. S., in caulibus *Hibisci militaris*, &c. Bethl. cultis.  
*D.* maculis orbiculatis, minutis et magnis confluentibus, epidermide tectis, hinc cinerascentibus, e fibrillis tenerrimis cinereo-nigris radiantibus. Cellulis minutis nigris elevato-prorumpentibus. In majoribus maculis fibrillulae vix distinctae, in minoribus orbiculatis evidentius radiantes centro celluligero aut sterili. Minores sparsae circum majores.
- \*1918. 53. *D. ORNANS*, L. v. S., in caulibus, sed multo elegantior in capsulis *Asclepiadis incarnatae*, Bethl.  
*D.* maculis magnis angustioribus atronitentibus (minoribus sparsis circumcirca linearibus) conflatis e fibrillis, solummodo in ambitu distinctis. In his maculis crassiusculis, cellulae aut perithecia frequentia, primum immersa, demum prorumpentia subseriatim locata sunt, satis elevata, in superficie rugoso-rivulosa, elliptice-ovata. In acumine capsularum praecipue occurrunt. In caulibus magis effusae oblongae subtectae evadunt maculae, ac cinerascunt. Interdum biunciales.
- \*1919. 54. *D. CHENOPODII*, L. v. S., in maximis caulibus *Chenopodiorum*, Bethl.  
*D.* maculis mediocribus, contextis e fibrillis radiantibus, nigrofuscis, crassiusculis, vix ramosis, centraliter elevatis—onustis peritheciis aut cellulis majusculis tectis, globoso-depressis, ostiolatis. Maculae saepe confluent.
- \*1920. 55. *D. CONFERTA*, L. v. S., in caulibus quibusdam ignotis, Bethl.

- D. macula atra, conflata e multis minoribus confertis, irregulariter confluentibus, late effusa. Centro apparent cellulae aut perithecia atra, elevata, albo-farcta longitudinaliter confluentia.*
- \*1921. 56. *D. NIGRESCENS*, L. v. S., in caulibus Zeae rarior. Affinis *D. Himantiae*, Bethl.  
*D. maculis e fibrillis irregulariter radiantibus, nigris, crassiusculis, interruptis non nitentibus, minoribus, passim confluentibus. Peritheciis minutis subelevatis nigris centralibus demum pezizoideis. Caules exasperant.*
- \*1921. 57. *D. DISPERSA*, L. v. S., in ignotis caulibus, Bethl.  
*D. maculas quidem longe effusas eformans nec tamen contiguas sed ex multis interruptim dispersis minoribus atris conflatas; fibrillis hinc inde transversim expansis. Peritheciis aut cellulis applanatis longitudinaliter fissis. Frequenter occurrunt simplicia minutissima macula aut vix ulla insidentia sparsa.*
- \*1922. 58. *D. SILPHII*, L. v. S., in ditissimis caulibus Silphii culti Nazareth in horto.  
*D. maculis minoribus, utrinque acuminatis, fibrillis nigro-fuscis simplicibus radiantibus nec anastomosantibus. Cellulis crebris aggregatis, truncatis, subpezizoideis; primum epidermide cinerascente quacum elevatae sunt, tectis, demum nudis. In tectis apparent pseudostiola.*
- \*1923. 59. *D. CEPAE*, L. v. S., rara sed distinctissima in exterioribus integumentis bulborum Cepae exoletorum, ex Philadelphia.  
*D. maculis ex olivaceo, piceo-nigris orbiculatis, confluentibus, e fibrillis crassis dendritice ramosis radiantibus, anastomosantibus sese superimpositis. Cellulis globoso-elevatis centralibus raris nigris.*
- \*1924. 60. *D. DIOSCORAEAE*, L. v. S., in Capsulis Dioscoraeae glaucae frequens, Bethl.  
*D. maculis fibrillosis omnino tectis, fibrillis parenchymate innatis tenerimis irregulariter radiantibus, griseo-olivaceis, demum nigris. Cellulis sparsis frequentibus, nigris, acutis et truncatis. Saepe singulae sphaeriaformes circumcirca maculam sparsae. Maculis orbiculatis minutis.*
- \*1925. 61. *D. PANICI*, L. v. S., in foliis Panici ciliati et aliorum, Salem et Bethl.  
*D. maculis griseis tenuissimis linearibus, longitudinaliter et paralleliter confluentibus intra nervos; fibrillis vix distinguendis. Cellulis minutissimis subseriatim dispositis in aversa pagina. Vix Sphaeria? Maculae minutae sed multae in folio.*
- \*1926. 62. *D. IMPATIENTIS*, L. v. S., ad nodos caulium Impatientis fulvae, Salem et Bethl.  
*D. maculis piceis effusis nigerrimis tenuibus, subtectis, ovato-acuminatis, latis, in ambitu effiguratis; Cellulis minutissimis tuberculaeformibus, crebris, albo-farctis. Plerumque sterilis. Fibrillulae vix distinguendae etiam ope lentis.*
- \*1927. 63. *D. ASCLEPIADIS*, L. v. S., frequens in caulibus emortuis *Asclep. syriacae*, Bethl.  
*D. epidermide tenuissima tecta, longe lateque effusa, pseudomaculam eformans, ex multis minoribus maculis confluentibus conflata. Hae minutae maculae ex fibrillis radiantibus sed tam dense contextae ut singulae non distinguantur circumdant perithecia nigronitentia, elevata, tuberculaeformia celluloso-ovata, unicum in quaque—inter se tamen dense aggregatae sunt. Totum agmen saepe 6 unciale.*
- \*1928. 64. *D. CINERASCENS*, L. v. S., cum priori, etiam longissime effusa, Bethl.  
*D. semper tecta, maculis indeterminatim undique effusis, contiguis, cinerascensibus per epidermidem, ex qua erumpunt perithecia aut cellulae ostiolomorphae, atrae applanatae, minutissima. Epidermide remota, distincter apparet maculam constare ex multis minoribus, in ipso libro caulis e fibrillis fusco-griseis ramosis e centro radiantibus formatam.*
- \*1929. 65. *D. LINEOLA*, L. v. S., frequens occurrit in scapis Liliacearum, Hemerocallis, Bethlehem et Salem.  
*D. maculis minutis linearibus elongatis tectis, e fibrillis ramoso-divaricatis, e centro radiantibus elevato-cinerascensibus. Cellulis aut peritheciis prorumpentibus applanatis, nigerrimis, intus albo-farctis. Singula perithecia sparsa frequenter obvia extra maculam.*
- \*1930. 66. *D. SCAPINCOLA*, L. v. S., versus basin scaporum *Yuccae filamentosae*, Bethl. cult.  
*D. macula tecta epidermide tenui et inde cinerascens. Peritheciis irregularibus, atronitentibus, hemisphaericis et demum subpezizoideis, circumcirca sparsis. Epidermide detrita, maculae 1— $\frac{1}{2}$  unciales se ostendunt ex fibrillis atris subinterruptis indistinctis contextae, plerumque elliptico-acuminatae.*
- \*1931. 67. *D. PHLOGIS*, L. v. S., frequens in caulibus *Phlogis undulatae* cultae, Bethl.  
*D. maculis nigro-fuscis angustioribus, indistincte determinatis, quasi linearibus, non tectis, ex aggregatis minutissimis cellulis, fibrillarum expertibus, formatis.*
- \*1932. 68. *D. POLYGONATI*, L. v. S., in variis speciebus Polygonatorum, caulibus insidens, Bethl.

- D. vix maculans, sed omnino constans ex multis aggregatis cellulis majusculis atronitentibus, ellipticis, epidermide tectis sed centro hysteriiforme subelevato prorumpente.
- \*1933. 69. D. NODICOLA, L. v. S., circum nodos in petiolis Araliae spinosae, Bethl.  
D. omnino expers fibrillarum; maculis minoribus linearibus—elongatis aut ovatis, utrinque acuminatis, ex cellulis corrugatis, semper tectis, elevatis, atronitentibus, irregulariter globoso-applanatis, intus albo-farctis, conformatis.
- \*1934. 70. D. ELLIPTICA, L. v. S., rarius occurrit in caulibus Collinsoniae, Bethl.  
D. maculis indeterminatim circum caulem effusis, confluentibus, nigrescentibus, tectis epidermide. Cellulis minutis nigris tuberculaeformibus. Figura maculae subelliptica. Saepe perithecia alius fungi commixta inveniuntur.
- \*1935. 71. D. AMBROSIAE, L. v. S., vulgaris in caulibus Ambrosiarum, Bethl.  
D. maculis confusis indeterminatis, nigrescenti-fuscis, tectis; fibrillis rarioribus indistinctis solummodo in junioribus distinguendis. Cellulis aggregatis oblongis, truncato-applanatis, rima impressa longitudinaliter notatis.
- \*1936. 72. D. VITICOLA, L. v. S., frequens in junioribus ramulis Vitis, frigore enecatis, Bethl.  
D. tecta, maculis minoribus confluentibus, nigro-fuscis subverniosis. Fibrillis crassis, ramoso-furcatis, radiantibus, plerumque indistinctis. Cellulis elevatis apice applanatis, difformibus.
- \*1937. 73. D. HYSSOPI, L. v. S., passim ad caules Hyssopi nepetoidis, Bethl.  
D. tecta, maculis indeterminatim aut effiguratim expansis, e fusco nigris, minoribus. Fibrillis transversim radiantibus, tenuissimis, ut in prioribus libro innatis vix distinguendis plerumque. Cellulis numerosis sparsis nigro-nitidis, tuberculaeformibus, minutis, interdum subseriatis, albo-farctis, tectis.
- \*1938. 74. D. JUGLANDICOLA, L. v. S., rarius in foliis putridis Juglandis albae, Bethl.  
D. macula minuta orbiculata, aterrima, semilineari. Cellulis crebris concentrice in macula aggregatis, minutissimis globoso-punctiformibus, demum pezizoideis.
- \*1939. 75. D. SASSAFRAS, L. v. S., species distinctissima—passim obvia in foliis dejectis putrescentibus (etiam subvigentibus, non evoluta) Lauri Sassafras—et quidem ubi est, in fere omnibus foliis arboris occurrit.  
D. maculis latis effusis, fusco-badiis, elegantissime dendritice radiantibus, diametro plusquam unciali, juniore aetate ex latioribus fibrillis folio quodammodo illitis constare videtur, confluentibus versus centrum et crustam subcontinuum efficientibus. Dothideae stellari non dissimilis. Optime evoluta autem macula faciem alienam induit. Fibrillae dictae radiantes solutae apparent in cellularum congeriem, quaeque cellula nigra suberumpens ex epidermide, primum elevato-convexa, demum pezizoidea, fibrillis veris minutissimis innato-radiantibus circumdata. Maculae dendritica saepe confluent. Semper in pagina superiori folii.
- \*1940. 76. D. SUBCUTICULARIS, L. v. S., in pagina superiori foliorum Viburni aut Corni horto cult. Bethl.  
D. maculas sparsas, orbiculatim effiguratas, diametro  $\frac{1}{2}$  unciali, cinerascens efficiens, centro nigro, contextas ex fibrillis dendritico-radiantibus, ramosis sub tenerima epidermide folii, hinc subtumida et cinerascens irrepenitibus. Cellulis in centro indistincte aggregatis.
- \*1941. 77. D. ROSAE, L. v. S., in foliis semivirentibus Rosae cultae in hortis Philad.  
D. maculas orbiculatim effiguratas sistit,  $\frac{1}{2}$  unciali diametro, saepe confluentes, in pagina superiori, fuligineo-nigrofuscis, contextas et fibrillis crassiusculis furcato-ramosis radiantibus, centro onustis cellulis majusculis applanatis, statu madidiori, subpezizoideis, primum albo-farctis.
- \*\*\*\* *Uniformes.*
- \*1942. 78. D. *Anemones*, F. 46, rara obvia in Anemone quinquefolia, Bethl.
- \*1943. 79. D. *Potentillae*, F. 48, valde affinis priori et in nostris non seriato-confluens. In *Potentilla canadensis* obvia Bethl.
1944. 80. D. *alnea*, F. 51, Syn. Car. Xyl. *alnea* 286, Bethl.
- \*1945. 81. D. MACULANS, L. v. S., in foliis querneis Bethl. et ex New York.  
D. epiphylla subimpressa, sistens maculas minutas orbiculatas, ex pluribus minoribus aggregatis, applanatis vix confluentibus, tectis, atris, superficie corrugatis et punctatis, concentrice sitis, conformatis. An minores sunt cellulae?
- \*1946. 82. D. CASTANEAEE, L. v. S., in foliis vivis Castanearum Bethl. et New York.



- D. epiphylla*, minuta, subsparsa, atra, effusa, superficie corrugata, cellulis aggregatis imperfecte evolutis.
1947. 83. *D. FOTHERGILLAE*, L. v. S., Syn. Car. Xyloma 277, maculis minoribus et majoribus fuscis, Salem.
- \*1948. 84. *D. LAURICOLA*, L. v. S., vulgaris in foliis Lauri aestivalis, Bethl.
- D. epiphylla*, maculis tenuibus, superficialibus confluentibus, nigris, crassioribus orbiculatis mixtis.
- \*1949. 85. *D. FILICUM*, L. v. S., in stipitibus variorum Filicum, Bethl. An *Lepostroma*?
- D. maculis minutis elevatis, oblongis, acuminatis minutissimis, cellulis longitudinaliter rimosis in maculis aggregatis, nigro-fuscis, lineatim elongatis.*
- \*1950. 86. *D. POLYGALAE*, L. v. S., in foliis Polygalae pubescentis ex Florida acceptis in Herbario obvia.
- D. distinctissima in foliis vigentibus, macula fumosa e filis in parenchymate repentibus. Cellulis sparsis subrotundis manifestis, nigris demum apertis, subalbofarctis, cum epidermide elevatis, amphigenis.*

\*\*\*\* *Ectostroma.*

1951. 87. *D. E. LIRIODENDRI*, L. v. S., Syn. Car. 290, Carol. et Pennsylv.
1952. 88. *D. E. TOXICI*, L. v. S., Syn. Car. 278, et Pennsylv. Rh. rad.
1953. 89. *D. E. AFFLATA*, L. v. S., Syn. Car. 273, X. in foliis Cimicifugae.
1954. 90. *D. E. ANNONAE*, L. v. S., Syn. Car. 275, X. in foliis Porcelliae, Car.
- \*1955. 91. *D. E. PETIOLARIS*, L. v. S., satis frequens in petiolis dejectis Juglandium et aliorum foliorum, Bethl. An *Rhytisma*?
- D. E. picea, illita, maculis crassis late circumcirca effusis, ovato determinatis, margine interdum subliberato et elevato—saepe uncialibus—affinis Rhytismate Urticae, sed semper sterilis mihi obvia.*

## ORDO II. PHACIDIACEI.

### Tribus 1. PATELLAREI.

#### Genus 60. PATELLARIA.

1956. 1. *P. atrata*, F. II. p. 160, frequens Carol. et Pennsylv., Syn. Car. 1248, Peziza.
- \*1957. 2. *P. difformis*, F. p. 151, Peziza: ad truncum Salicis antiquum versus radicem, Bethl.
- \*1958. 3. *P. VERBASCI*, L. v. S., passim ad antiquissimas caules Verbasci, Bethl.
- P. coriacea, sicca, scutellam Lichenis referens, gregaria et sparsa, adpressa, semper applanata, juniore parum contracta. Margine subplicata. Disco parum elevato pulveraceo, pulvere adglutinato nec detergibili. Diametro 1—2 lineari saepe angulata. Aterrima.*
- \*1959. 4. *P. NIGRO-CINNABARINA*, L. v. S., pulcherrima, majuscula, non rara occurrens in variis ramulis putrescentibus, v. c. Crataegi, Calycanthi etc. Etiam ex Surinamo teneo, Bethl.
- P. Diametro varians 1—6 lineari. Cupulis sessilibus aut brevissime stipitatis, extus olivaceo-nigris, coriaceis, margine tumido, eleganter plicato; siccitate arcte inflexo et clauso, fere Hysterium referente, et discum omnino obtegente. Madefactis cupulis, orbiculatim expanduntur discum latiusculum planum 2—3 linearem ostendentes, pulvere cinnabarino, strato crasso, semper obtectum, margine tamen inflexo. Interdum etiam statu sicciore aperta obvia. Sparsim et fasciculatim crescit. Facillime ex ramulo excutitur.*
- \*1960. 5. *P. RHODODENDRI*, L. v. S., affinis *P. atratae* sed colore differt, Bethlehem in ramulis Rhododendri.
- P. cupulis sparsis difformibus, fusco-atris, applanato adpressis, marginatis, margine crenato—aut dentatum prominulo. Disco nigro pulverulento. Subgelatinosa. Diametro semilineari.*

## Genus 61. TYMPANIS.

- \*1961. 1. *T. alnea*, F. 174, n. 2, Bethl. in Alno; non est mera varietas *T. frangulae*.  
 1962. 2. *T. FRAXINI*, L. v. S., Syn. Car. Pez. 1262, F. n. 3, et Bethl.  
 1963. 3. *T. Plicato-Crenata*, L. v. S., Syn. Car. Pez. 1257, F. n. 4, Carol.  
 1964. 4. *T. conspersa*, F. 6, frequens Salem et Bethl. in Pyro.  
 1965. 5. *T. viticola*, L. v. S., Syn. Car. Pez. 1265, frequens et Bethl. in Viti—F. n. 8.  
 \*1966. 6. *T. cinerascens*, L. v. S., in putridissimo ramo ignoto horti Easton; ibidem freq.  
*T. sessilis*, majuscula, gregaria, prorumpens ex epidermide elevata, cupulas cingente. Cupulis rotundis aut difformibus, lobatisque et subconfluentibus. Disco marginato, impresso, aut umbonato et etiam tuberculoso. Velo cinereo, primum clauso, demum evanido: tunc omnino nigra, pulvere seminali tecta.  
 \*1967. 7. *T. fasciculata*, L. v. S., ex epidermide ramorum fruticis ignoti erumpens, Bethl.  
*T. subsessilis*, minor, fasciculatim erumpens, epidermide cincta. Cupulis fusco-nigris, varie tortis difformibus, marginibus inflexis subplicatis, disco excavato. Junior clausa, subsphaeriaeformis.  
 \*1968. 8. *T. seriata*, L. v. S., in ligno decorticato longis seriebus provenit rara Bethl.  
*T. stipitata*, conrescens longis seriebus. Primum refert Sphaeriam pyriformem nigram majusculam rugosam in orem prolongatam. Tum aemulat Pezizam ore contracto, stipite crasso cylindrico, marginibus tumidulis atrovirentibus, disco velato, velo pulverulento albescenti-viridi, ipso atrovirente. Ultimo statu valde dilatatur, disco tuberculato, margine viridi pulverulento, lobato, undulato. Altitudine lineam vix excedit.  
 \*1969. 9. *T. turbinata*, L. v. S., in ramulis exsoletis Diervillae, Bethl. obvia.  
*T. substipitata*, primum erumpens ex epidermide capitulo globoso, sparsim sita, et quasi tuberculis echinata fusco-nigra. Demum refert Pezizam turbinato-obconicam, marginibus tumidulis, fere clausis, disco poriforme, tandem apertiusculo. Extus striata. Altitudine lineae.

## Tribus 2. DERMEI.

## Genus 62. DERMEA.

1970. 1. *D. Craterium*, L. v. S., Syn. Car. 1175, Tab. 1, Fries. Peziza, p. 74, vulgaris et maxima etiam Pennsylvania primo vere; semper ad ramos aut truncos in terra jacentes. Tomento basilari saepe insuper terram expanso. Specimina dense caespitosa pedalia et 6 uncias alta interdum mihi obvia. Juniori statu saepe extus eleganter badio-furfuracea.  
 \*1971. 2. *D. fascicularis*, F. p. 75, in Pyro malo Bethl.  
 \*1972. 3. *D. populnea*, L. v. S., omnino differt a priori. Bethl. rara in Populo italica.  
*D. sessilis*, caespitosa, coriaceo-membranacea, minor, ovata aut oblonga, fere semper clausa, extus cinerea furfuracea, intus nigra. Singulae cupulae sphaeriaeformes clausae sunt quasi pulvinatim—rarissime apertae obviae. Semilineam vix excedunt altitudine.  
 \*1973. 4. *D. Cydoniae*, L. v. S., rara in emortuis ramis Cydoniae, Bethl.  
*D. sparsa*, simplex, sessilis, appanato-adpressa, difformis aut subrotundo-undulata; extus furfure albido crasso pulverulento tecta, marginibus tumidis, arcte inflexis; disco fusco-badio, aut subcinnamomeo. Diametro 2—3 linearis.  
 \*1974. 5. *D. Cerasi*, F. p. 179, n. 3, Cenang. frequens et Salem et Pennsylv. in ramis Cerasorum.  
 \*1975. 6. *D. Spiraeae*, L. v. S., in ramis Spiraeae opulifoliae rarior, Bethl.  
*D. subsimplex*, aut 2—3 in caespitulo. Cupulis siccis conniventibus: madidis apertissimis, extus brunneo-fuscis furfuraceo-strigosis; disco badio. Minor; nunquam duas lineas excedens diametro.  
 \*1976. 7. *D. fissa*, F. p. 75, Peziza, rara in ramis ignotis Nazareth obvia.  
 1977. 8. *D. furfuracea*, F. p. 75, Peziz. Syn. Car. 1254, in ramis Coryleis Salem et Bethlehem.

## Genus 63. CENANGIUM.

1. *Scleroderris*.

- \*1978. 1. *C. RIBIS*, F. p. 179, n. 1, rara Bethl. in Ribis.  
 1979. 2. *C. CLAVATUM*, L. v. S., Syn. Car. 1176, F. n. 2, solummodo in Carolina.  
 1980. 3. *C. prunastris*, F. n. 4, Syn. Car. 1259, vulgare Bethl.  
 \*1981. 4. *C. rigidum*, var. F. n. 4. Certissime species distincta nostra vulgatissima in ramis persiccis Salem et Bethlehem, cum prior praesertim Bethlehem in ramis crassis Pyri Mali obvia.  
 1982. 5. *C. RHOIS*, L. v. S., non infrequens in Rhois glabrae ramis Salem et Bethl. Affinis *C. Aucupariae* et cum hac confusa, Syn. Carol. n. 1127.  
*C. caespitosum*, albedo-pulverulentum, sphaeriaeforme, demum apertum; caespitulis minutis, fere semper circumdatis pulvere ex cortice orto.  
 \*1983. 6. *C. laminare*, F. n. 6, in ramis Betulae carpinifoliae Bethl. rarius.  
 1984. 7. *C. ANDROMEDAE*, L. v. S., Syn. Car. 1261, F. 8, frequens in Carolina.  
 1985. 8. *C. TRIANGULARE*, L. v. S., Syn. Car. 1255, F. 9, vulgaris etiam in Pennsylvania in ramis quercinis.  
 \*1986. 9. *C. PALMATUM*, L. v. S., tractu longitudinali prorumpens ex cortice Rhododendri maximi, Bethl.  
*C. caespitosum*, caespitibus pugilliformibus declinatis. Peritheciis seu Cupulis nigris subcylindricis, quasi ex tuberculo caespitosim orientibus, variis sibi ipsis impositis, apice primum in pseudostiolium abientibus, demum apertiusculis, et quasi poro hemisphaerico concavo minuto excavatis. Intus pulveraceis. 1—2 linearum altitudine.  
 \*1987. 10. *C. COMPRESSUM*, L. v. S., ex ramis Betulae carpinifoliae (lentae) propullans, Bethl.  
*C. transversim erumpens*, caespitosum valde elevatum et ramum quasi aculeans. Cupulis semper inflato-compressis, apice valde varieformatis, nigris, furfure cinereo adpersis, apice demum apertiusculis. 2 lineae saepe altis. Furfure externo detergibili—tum fungus nigro-pulverulentus evadit. Etiam ex Nova Anglia communicavit Cl. Torrey.  
 \*1988. 11. *C. EPISPHAERIA*, L. v. S., aliquomodo analogum Hydno aut Radulae aterrimae. Vulgaris in Sphaeria stigmati et S. limaeformis, praesertim non evolutis—Epidermidem valde elevat et ad dejectionem praeparat.  
*C. difforme*, subcylindrico-ventricosum; extus tuberculatum, inaequabile, apice truncato-impresso aut irregulariter aperto; nigro-fuscum, intus subgrumosum. Plerumque observatur in lignis igni destinatis.  
 \*1989. 12. *C. STAPHYLEAE*, L. v. S., passim occurrit in junioribus ramis Staphyleae, Bethl.  
*C. sparsim subepidermide*, sed gregarium, primum tectum et epidermidem quasi nigricans, minutum, sphaeriaeforme. Demum prorumpens, nigrum, apice aperto irregulari; disco indistincte pulverulento.  
 \*1990. 13. *C. CONFUSUM*, L. v. S., frequens in cortice ramorum Quercus albae in terra jacente Salem et Bethl.  
*C. sparsum ac confluens*, ramos aut juniores truncos pedaliter obtegens. Sub epidermide observatur crusta quadam effusa fusco-nigra, punctulatum subpubens, obsita peritheciis prorumpentibus, irregularibus, difformibus, sphaeriomorphis, conspurcatis extrorsum sporidiis quasi profluentibus. Ceterum perithecia saepe globosa sunt et demum apice aperto, ore aut pezizoideo aut sphaeroideo, aut irregulari.  
 \*1991. 14. *C. SPHAERIAE-MORPHUM*, L. v. S., in ramis emollitis Quercus albae Bethl.  
*C. gregarium*, rarius confluens, epidermide innatum aut prorumpens, interdum quasi fasciculatum, plerumque autem forma obovata turbinata, fusconigrum, rugosum, punctatum, non stipitatum. Disco rarius subaperto. Intus ferrugineum—diametro  $\frac{1}{2}$  lineari. Ramum agmine vasto, longe lateque diffuso occupat.

2. *Triblidium*.

- \*1992. 15. *C. calicii-forme*, F. p. 183, n. 11, Salem et Bethl.  
 \*1993. 16. *C. pithyrum*, F. n. 13, in frustulo pineo, Salem.  
 1994. 17. *C. VIRBURNI*, L. v. S., Syn. Car. 1264, etiam Pennsylv.  
 1995. 18. *C. TURGIDUM*, L. v. S., Syn. Car. 1265, Peziza quercea in excrescentiis ramorum Quercus, Sal. et Bethl.

- \*1996. 19. *C. arcticum*, F. 17, specimina nostra debemus clarissimo D. Kunzio Lipsiensi in foliis Andromedae tetragonae ex Sinu Laurentio.
- \*1997. 20. *C. TUMORUM*, L. v. S., in excrescentiis ramorum passim, Bethl.  
*C. prorumpens*, primum tectum, demum epidermide stellatim fissum cinctum; sparsum nec caespitosum, rotundatum, convexum, nigrum, extus squamulosum, primum omnino clausum, demum apertum rimis, aut irregulariter rupto ore.
- \*1998. 21. *C. CRATAEGI*, L. v. S., passim occurrit in ramulis Crataegi, Bethl.  
*C. sparsum*, sessile, repando-effusum, subtremelloso-corneum, atrum aut atro-fuscum, primum globosum, demum apertum, nigro-pulveraceum, pulvere compacto; disco semper impresso.
- \*1999. 22. *C. AERUGINOSUM*, L. v. S., in ligno udo decorticato aut sub cortice Bethl.  
*C. crustae* quaedam atro-aeruginosae lignum obtegenti et tingenti insidens caespitosim aut in lineis flexuosis aggregatum; cupulis minutis applanatis, margine undulato plicato tuberculoso; disco applanato pulverulento. Unicolor atro-aeruginosum; vix semilinea alta.
- \*2000. 23. *C. FIBRISIDA*, L. v. S., in lignis denudatis siccis, fibris insidet, primum subsectum. Bethlehem praesertim in Castaneis sepium.  
*C. minutissimum*, fasciculatum et sparsum, etiam passim confluens. Siccum nigerrimum cupulis varie formati, sed semper conniventibus; extus papillis nigris tam dense obsitum ut fere Exosporium Tilliae refert. Madefactum, discus pallido-rufus, atro-pulverulentus se exhibet.
- \*2001. 24. *C. APERTUM*, L. v. S., in ramulis emortuis Hydrangeae Bethl. et Salem.  
*C. sparsum*, simplex, cupulis 1—2 linearibus, primum clausis, pulvinato-rotundis, extus nigro-ferruginosis pulverulentis, demum late apertis, marginibus irregulariter inflexis, saepe ruptis. Disco pallido. Affinis est *C. ferruginoso*.
- \*2002. 25. *C. ROSAE*, L. v. S., prorumpens rarius ex cortice Rosae corymbosae, Bethl.  
*C. caespitosum*, prorumpens, cupulis dense aggregatis, corneis, nigronitentibus, margine tuberculoso, disco plano aperto. Cupulis difformibus. Affine *C. Viburni*.
- \*2003. 26. *C. POPULINUM*, L. v. S., sparsim erumpens ex Populi italicae cortice, Bethl.  
*C. sparsum*; 1—2 lin. latum, elevatum cum epidermide a qua cinctum primum clausum, nigrum; demum apertum, margine effuso, disco cinereo pulverulento. Clausum fusciscit. Faciliter ellabit.
- \*2004. 27. *C. CASTANEAEE*, L. v. S., ramulis junioribus Castaneae rarius insidet, Bethl.  
*C. simplex*, prorumpens, epidermide cinctum et pulvere quodam spurio ex cortice insidens. Sessile subrepando-undulatum, marginibus tumidulis, centro discoideo irregulariter depresso, rugoso, subpulverulento. Demum ruptum et intus grumosum, fuscum. Extus nigrofuscum. Diametro lineam non excedit.
- \*2005. 28. *C. FATISCENS*, L. v. S., in cortice Syringae et evolutius in Moro alba, Bethl.  
*C. minutum* (majus tamen in Syringa) fasciculatum, prorumpens sessile; cupulis globosis primum clausis, interdum difformibus, pulvere copioso tectis, demum omnino fatiscens. Pulvere deterso apparent cupulae applanatae atronitentes, demum irregulariter apertae.
- \*2006. 29. *C. NIGROFUSCUM*, L. v. S., ingenti copia occupat dejectos ramos ignotos, Bethl.  
*C. sparsum* aut subcaespitosum, gregarium, globosum aut turbinatum, liberum quasi in epidermide, ad 2 lineas latum, undique tuberculoso, et quasi fusco barbato pube brevi rigido. Disco vix aperto, sed delihcens in rimis varie tortis. An hujus generis. Fungus distinctissimus.
- \*2007. 30. *C. pinastri*, F. p. 184, n. 12, in ramis Pini Strobi, Bethl.
- \*2008. 31. *C. MOLLUSCULUM*, L. v. S., eximia species, in Betula carpinifolia Mauch Chunk.  
*C. pezizoideum*, aggregatum ac sparsum, saepe invicem adpressum et inde angulatum. Statu madido mollusculum 1—3 lineas latum, nigro olivaceum marginatum. Sicco statu corneo-ceraceum. Sessile, basi tamen contracta. Cupulam refert marginatam subrepandam lobatam, extus olivaceam, disco convexo rugoso, punctato, nigro. Intus substantia eleganter flavo-ferruginea.

3. *Clithris*.

2009. 32. *C. ferruginosum*, F. n. 18, Syn. Car. 1250, Peziza abietis solummodo in Carolina mihi obvium.
2010. 33. *C. CEPHALANTHI*, L. v. S., Syn. Car. 1256, F. 21, frequens locis suis etiam Pennsylvania.
2011. 34. *C. quercinum*, F. 24, Syn. Car. Hysterium, 248, et. frequens in Pennsylvania.
- \*2012. 35. *C. acutum*, F. 23, in Sambuco rarius, Bethl.
- \*2013. 36. *C. PYRINUM*, L. v. S., longe lateque obtegens frustula corticis Pyri coronariae, Nazareth.

C. cupulis gregariis aut sparsis atrofuscis, nitentibus, plerumque transversim aut varie sitis, semper basin versus in stipitem contractis, more Lophii, siccitate conniventibus, sed etiam late hascentibus, hysteriiformibus, marginibus inflexis, discum planum atro-pulverulentum exhibentibus. Interdum scutellam Lichenis referens, rotundato-apertum.

\*2014. 37. C. ENTEROXANTHUM, L. v. S., parvulum sed distinctissimum in ligno Pomorum, Bethl.

C. longitudinaliter seriatum aut irregulariter prorumpens, sessile, hysteriiforme, subrotundum aut ovatum, plerumque clausum aut rima longitudinaliter apertum. Extus olivaceo rugosum nigrum. Intus colore luteo-virente pulverulentum praesertim sub disco subaperto. Crusta quadam ligno commixto nigra, ex qua prorumpit.

### Tribus 3. CLIOSTOMEI.

#### Genus 64. GLONIUM.

2015. 1. G. stellatum, F. 595, Syn. Car. 258, cum Icone frequens, etiam obvium in Pennsylv.

\*2016. 2. G. ACCUMULATUM, L. v. S., affine priori, sed vix mera varietas, cum constanter forma sua obvium, Bethl.

G. subiculo byssino parco in ambitu, fibrillis crassiusculis. Ad basin diametro gaudet unciali, unde irregulariter assurgit in formam subpyramidato-truncatam valde inaequalem et rugosam, ortam ex peritheciis accumulatis, sese invicem superincumbentibus, ramoso-radiantibus, radiis interruptis; intus albo-farctis. Altitudine semiunciali. Colore omnino prioris.

#### Genus 65. LOPHIUM.

\*2017. 1. L. NAVICULARE, L. v. S., in ligno ignoto Bethlehem, mihi obvium.

L. non pedicellatum, sed basi contractum, elongatum, ovatum, subflexuosum, forma naviculari valde simile. Hysterio, praesertim statu juniore, antequam omnino emersum, quia tum utrinque acuminatum et rima omnino Hysterii praeditum. Proveciori aetate compressum evadit, et extus longitudinaliter striatum concham referens, fuscescens, ceterum nigrum et utrinque obtusatum. An merum Hysterium?

\*2018. 2. L. SASSAFRAS, L. v. S., passim occurrit in cortice Lauri Sassafras nec alibi in Pennsylv.

L. majusculum, sparsum, affine *mytilino*, sed multo majus et obtusius. Subpedicellatum, sursum turgido-dilatatum, rugosum striatum, absque ullo splendore nigrum. Rima clausa; nucleo albido; interdum bifariam aperta.

#### Genus 66. ACTIDIUM.

\*2019. 1. A. CARICINUM, L. v. S., ad culmos et folia majorum Caricum, Bethlehem rarius.

A. peritheciis applanatis, nigris, stellatim irregulariter radiantibus, lobis oblongis, obtusis, rugosis, primum epidermide tectis, demum denudatis. Actinothysium occurrit in iisdem foliis.

#### Genus 67. CLIOSTOMUM.

\*2020. 1. C. corrugatum, F. p. 565, Rhytisma et Syn. Car. 1249, Peziza Hysterium; etiam in lignis exsiccatis sepium Bethlehem.

## Tribus 4. PHACIDIEI.

## Genus 68. RHYTISMA.

- \*2021. 1. R. *Andromedae*, F. 5, ex Nova Anglia et Labrador in foliis Andromedae polifoliae.
2022. 2. R. *DECOLORANS*, L. v. S., Syn. Car. *Xyloma*, 265, F. 6, frequens et Pennsylvaniae in foliis Andromedae paniculatae.
2023. 3. R. *VACCINII*, L. v. S., Syn. Car. 265,  $\beta$ , non est mera varietas sed satis distincta. Frequentissimum in foliis Vaccinii frondosi, rarius in aliis nisi etiam *V. virgati*.
2024. 4. R. *PRINI*, L. v. S., Syn. Car. 268, F. 9, nondum in Pennsylv.
2025. 5. R. *ILICINCOLA*, L. v. S., Syn. Car. 269, F. 10, nec Pennsylv.
- \*2026. 6. R. *ILICIS CANADENSIS*, L. v. S., frequens in foliis Ilicis canadensis monte Pocono.  
R. hypophyllum multo minus priori, angulato-orbiculatum, valde elevatum, atrum sed absque nitore et superficie punctata, centro saepius impressum, folio subinnatum, cinctum margine pallido in folio. Interdum lobatum ambitu. Diametro 1—2 lineari, et plerumque tantidem altum.
2027. 7. R. *VELATUM*, L. v. S., Syn. Car. 270, F. 11, solummodo in Carolina obvium.
- \*2028. 8. R. *salicinum*, F. 12, rarius in foliis Salicum, Bethl.
2029. 9. R. *Robiniae* (Fungum etiam ex Bohemia teneo europaeum).  
Nunquam in foliis Robiniae pseudo-acaciae inveni, sed passim in foliis *Robiniae viscosae* in Horto Nazareth. Fructificans rarum, sed macula nigra sterilis vulgata.
2030. 10. R. *acerrimum*, F. 14, Syn. Car. 266, etiam frequens in Pennsylv. in foliis *A. rubri*.
- \*2031. 11. R. *punctatum*, F. 15, (non *Xyloma punctatum*, Syn. Car. 267—quod ad *R. Vaccinii*) rarius in *A. saccharini* foliis Salem et Bethl.
- \*2032. 12. R. *ACERIS ERIOCARPAE*, L. v. S., in juniorum arborum foliis *Aceris eriocarpae* in Horto Bartramii, Philadelphia.  
R. innatum, magnum, atronitens, orbiculato-lobatum, luteo-marginatum, demum in plicis ramoso-undulatis radiantibus dehiscens. Vix mera varietas *R. acerini*?
2033. 13. R. *ASTERIS*, L. v. S., Syn. Car. 271, passim in foliis variorum *Asterum* Carolinae et Pennsylvaniae. Species quam distincta.  
R. innatum exacte orbiculatum, margine latiusculo exalbescente, ambitu lobato, amphigenum, atrum sed expers nitoris, tenuiusculum, punctulatum: diametro bilineari, primum velo tenuissimo cinereo tectum demum evanescente. Dehiscens non mihi obvium. In planta ubi occurrit plerumque frequenter infestat folia.
- \*2034. 14. R. *SOLIDAGINIS*, L. v. S., vulgatissimum in foliis vigentibus *Solidaginis lanceolatae* nec alibi Bethl.  
R. innatum, aterrimum, absque ullo velo aut nitore, orbiculatum aut ovatum, margine luteo in folio; in pagina superiori convexum, in inferiori concavum; diametro 1—6 linearum. Saepe plura confluunt—sed apertum non vidi.
- \*2035. 15. R. *BIFRONS*, L. v. S., rarum in folio *Solidaginis sempervirentis*, mihi ex New York communicatae a clarissimo D. Torrey.  
R. innatum, amphigenum, orbiculatum, gregarium aut subconfluens, convexum in ambabus paginis et satis crassum, margine in folio exalbescente. Sursum indutum cortice aut velo crassiore fusco-grisea exteriori, demum frustulis soluto, cortice interiori atra, intus carbonaceum. Diametro trilineari. Interdum perforatum invenitur, an casu?—ceterum inapertum.  
N. B. Tres species antecedentes memorabiles inter se affines sunt.
- \*2036. 16. R. *SASSAFRAS*, L. v. S., rarius in foliis *Sassafras* Carolinae, affinis *R. decoloranti*.  
R. innatum, minus, epiphyllum, orbiculatum, 1 lineare, pagina inferiori, glauco-subvelatum, aequabile; in superiori nigro-nitens, flexuoso-plicatum, plicis demum rimose hiantibus.
- \*2037. 17. R. *VITIS*, L. v. S., rarius in foliis putridis (nec in vigentibus observatum) *Vitis aestivalis* Carolinae ac Pennsylv.  
R. innatum, minutum (1—2 lineari diametro) orbiculatum—aut subquadratum, atrum; pagina superiori

- demum dehiscens plicis flexuosis irregularibus; pagina inferiori subcinerascens, aut cum folio pruinosum; aequabile sed tamen punctulatum.
- \*2038. 18. *R. JUGLANDIS*, L. v. S., olim Nobis *Sphaeria* placentula, passim in foliis emortuis equidem corruptissimis Juglandis tomentosae et albae, Bethl.  
*R.* minutum punctiforme, quasi placentulam orbiculatam referens, applanatam, in aversa pagina folii; nigram, plicis radiantibus flexuosis, demum dehiscens. Multis aggregatis plerumque sed non inter se confluentibus.
- \*2039. 19. *R. MAGNOLIAE*, L. v. S., in foliis dejectis adhuc viridibus Magnoliae glaucae prope Philadelphia.  
*R.* paginae superiori folii insidens, maculis subeffiguratis,  $\frac{1}{4}$  uncialibus nigro-fuscis, ambitu orbiculato minus obscuro. Demum frustulatim dehiscens. Cortice tenuissimo. Folium in ambitu plerumque exarido. Pagina aversa glaucescit fungus.
- \*2040. 20. *R. CACTI*, L. v. S., in foliis Cacti opuntiae passim: Salem. Plerumque corruptis.  
*R.* innato-subtectum, demum erumpens, atronitens, varium, difforme, satis elevatum, superficie irregulariter flexuoso-plicata, plicis dehiscens. Pluribus aggregatis confluentibus.
- \*2041. 21. *R. SERIALE*, L. v. S., rarissime obvium, in vetusto Scopio ex ligno Hickory, Bethl.  
*R.* seriatim confluens, lineolis atronitentibus ex numerosis aggregatis peritheciis, varie formatis et flexuosis, rimis demum dehiscens. Peritheciis minutis.
2042. 22. *R. CONFLUENS*, L. v. S., Syn. Car. 260, F. 19, et Pennsylv. frequens in caulibus, praesertim Eupatorii maculatae, &c.
2043. 23. *R. SMILACIS*, L. v. S., Syn. Car. 259, F. 18, frequens etiam in Smilacibus Pennsylv. An idem cum *Dichaena smilacina*?
- \*2044. 24. *R. ELEVATUM*, L. v. S., affinis *R. confluenti* in caulibus an *Urticae*, Bethl.  
*R.* minus, confluens, multo magis elevatum quam No. 22, atronitens, irregulariter demum ruptum. Colore atro. Copia magna quasi aggregatum in maculas indeterminatim effusis.
- \*2045. 25. *R. SILPHII*, L. v. S., in caulibus Silphii culti in Horto, Nazareth frequens.  
*R.* innatum, efficiens maculas minores ellipticas aut ovatas, utrinque acuminatas, etiam interdum orbiculares, atronitentes, conflatas ex peritheciis effiguratim confluentibus, in ambitu simplicibus; superficie aequabili, primum striata, demum tuberculosa, hinc inde rimose dehiscens.
- \*2046. 26. *R. ADGLUTINATUM*, L. v. S., aut *R. maximum*, F. 3. Species valde memorabilis, de qua diu dubiosus fui, an hujus generis aut *Phlebia*. Semper in ramis Salicum indigenarum v. c. *S. lucidae*, *marginatae* et *talium* in ripis crescentium, saepe plures connectens, et inter se conglutinans. Juxta Lehigh demum omnibus statibus inventum magna copia—certus factus sum *Rhytisma* ante oculos habere et non multum abest ut persuasum sim esse *R. maximum* Fries.  
*R.* irregulariter effusum, nigrofuscum, induratum, rimosum, plicis transversis rugosis. Arctissime ramis adhaerens, crassiusculam membranam, coriaceo-viscosam exhibens. Marginibus siccitate solutis involutis, ceterum innatum et a ligno non separabile. Intus albedo.

## Genus 69. PHACIDIUM.

\* *Erumpentia*.

- \*2047. 1. *P. alneum*, F. p. 573, n. 4, in ramis Alni, Bethl.
- \*2048. 2. *P. lacerum*, F. 12, in foliis Pini inopis, Philad.
- \*2049. 3. *P. abietinum*, F. 13, in foliis Pini Strobi, Nazareth.
2050. 4. *P. multivalve*, F. 14, in foliis Ilicis opacae. Salem. Erumpens, ovato-subrotundum, diametro 1 lineari, simplex sparsum, atronitens, valde convexo-elevatum, in lacinias 4—5 ruptum, disco fusciscente.
- \*2051. 5. *P. RHODODENDRI*, L. v. S., in pagina superiori Rhod. maximi foliorum, Bethl.  
*P.* in macula lata expansa albescente innatum, peritheciis nigrofusciscentibus, majoribus, bilinearibus aut ultra, sparsis, obtuso-oblongis, subflexuosis, demum in lacinias tres, irregulariter ruptis. Disco fusciscente subpulverulento.
- \*2052. 6. *P. EXASPERANS*, L. v. S., frequentissimum in utraque pagina foliorum emortuorum Kalmiae latifoliae, Bethl. et Salem.

- P. erumpens*, demum libere folio insidens, minutum, sparsum, sed tamen tam copiose ut folium tactu exasperat, subrotundum, applanatum, truncatum, aterrimum absque nitore, undique punctulato-asperum. Demum in paucas lacinias ruptum: disco indistincto.
- \*2053. 7. *P. CORTICALE*, L. v. S., affine *P. alneo*, sed multo majus  $\frac{1}{2}$  unciale et ultra nec rhomboideum—in ramis exsiccatis Rhododendri, Bethl.
- P. erumpens*, atrum, rugosum, elliptico-ovatum marginatum, maximum, plano-depressum, epidermide lacerato cinctum. Demum irregulariter in lacinias fissum, strato discoideo fusciscenti—in exsoletis subfatiscente.
- \*2054. 8. *P. CAULINCOLA*, L. v. S., in variis caulibus majoribus v. c. Eupatorii, Bethl.
- P. erumpens* aut potius subinnatum, exacte orbiculare, depresso-planum, atronitens, sparsum, multis tamen gregariis. Diametro semilineari. Superficie primum plicata, demum in lacinias paucas dehiscens.
- \*2055. 9. *P. CAPSULARE*, L. v. S., frequens in Capsulis emortuis Verbasci Thaps. Bethl.
- P. primum innatum*, hemisphaericum, punctiforme, fuscum, subpellucidum, minutissimum, demum adnatum, atrum, orbiculare, depressum, corrugatum, in plures lacinias ruptum.
- \*2056. 10. *P. GLANDICOLA*, L. v. S., rarius obvium in glandibus quercinis, Bethl.
- P. erumpens*, atronitens, minutum, sparsum, ovato-obtusum, centro fere ut *Hysterium assurgens*, sed in plures lacinias dehiscens, disco dilute fusciscente,  $\frac{1}{3}$  lin. diametro.

\*\* *Xyloma*.

2057. 11. *P. coronatum*, F. 16, Syn. Car. 281, et in Pennsylv.
- \*2058. 12. *P. dentatum*, F. 17, in foliis quercinis, Bethl.
- \*2059. 13. *P. FRAXINEUM*, L. v. S., in foliis *F. acuminatae* rarum, sed copiose aggregatum Bethl.
- P. innatum*, majus priori, absque macula in pagina aversa, gregatim sparsum, subrotundum aut difforme, atrum absque nitore, convexo-applanatum; superficie plicato-rugosa, demum irregulariter fissa in lacinias. An ad *P. fimbriatum*? Sistens puncta nigra conspicua in epidermide cinerascens folii.
- \*2060. 14. *P. PLATANI*, L. v. S., frequens in aversa pagina folii Platani occident. Bethl.
- P. innatum*, minutissimum, creberrime sparsum, atronitens, punctiforme, sed pro ratione valde elevatum, ovale aut difforme. Superficie primum notato plicis tribus elevatis, demum fissa in lacinias tres. Disco pallido.
- \*2061. 15. *P. QUERCINUM*, L. v. S., in aversa pagina foliorum Quercinorum rarum, Bethl.
- P. minutum*, nudo oculo punctiforme nigrum aut fuligineum. Lente admota omnino difforme, varie lobatum, subelevatum, applanatum, absque nitore, demum dehiscens lacinii irregularibus.

## Genus 70. HYSTERIUM.

\* *Denudata*.

2062. 1. *H. pulicare*, F. p. 579, n. 1, Syn. Car. 237, vulgatissimum in corticibus et lignis Carolinae et Pennsylv. Varietates insignes occurrunt.
- $\alpha$  *angustatum* non rarum.
- $\beta$  *lenticulare* in Querco, Bethl.
- $\gamma$  *juglandis*, Syn. Car. 242, frequens et Pennsylv.
- $\delta$  *laeve* vulgatum Pennsylv.
- \*2063. 2. *H. elongatum*, F. 3, rarius, Salem et Bethl.
- \*2064. 3. *H. graphicum*, F. 4, in cortice Sassafras, Bethl.
2065. 4. *H. TORTILE*, L. v. S., Syn. Car. 250, F. 5, etiam Bethl.
- \*2066. 5. *H. varium*, F. 7, rarissime in Querco, Bethl.
2067. 6. *H. CASTANEEAE*, L. v. S., Syn. Car. 247, F. 8, passim praesertim in frustulis ligni caesi etiam Bethl.
- \*2068. 7. *H. acuminatum*, F. 9, ad ligna vetusta Sassafras, Bethl.
2069. 8. *H. lineare*, F. 10, passim et Pennsylv. Syn. Car. 240.
- \*2070. 9. *H. aggregatum*, F. 11, in denudatis lignis, Bethl.
- \*2071. 10. *H. ellipticum*, F. 12, rarius ad cortices Sal. et Bethl.
- \*2072. 11. *H. VULVATUM*, L. v. S., ex New York accepi lignis denudatis ramorum.



- H. majusculum*, sparsum, ovato-ellipticum, atrum, suberumpens, vulvaeforme vix striatum. Labiis acutis subinflexis; disco lineat. Maximam affinitatem habet cum *H. pulicari*; at differt magnitudine, locatione, nempe rariter sparsum in ligno, circumcirca cinerascens.
- \*2073. 12. *H. SYRINGAE*, L. v. S., in truncis putrescentibus Syringae, Bethl.  
*H. primum* libro subimmersum, sparsum; demum denudatum aggregatum et saepe crusta nigra circumdatum, ovato-ellipticum, acuminatum aut obtusum, aut varium, atrum, rugosum, apice subtruncatum. Labiis acutiusculis non striatis. Disco lineolata.
- \*2074. 13. *H. PRAELONGUM*, L. v. S., passim in ligno carioso Carolinae ac Pennsylv.  
*H. longissimum*, rectum aut paululum tantum flexuosum inter fissuras fibrarum, longitudinaliter et paralleliter seriatum. Labiis inflexis modice dehiscentibus. Provenit gregatim et appressim lineis parallelis. Singulum perithecium angustum ad sex lineas longum.
- \*2075. 14. *H. BETULIGNUM*, L. v. S., frequens in cortice antiquo frustulato Betulae, Salem et Bethl.  
*H. varie flexuosum* et contortum, compresso-teres, nigrum. Peritheciis in subiculo quodam crustuoso-floccoso, majusculis, situ mire variantibus. Labiis tumidulis, obtusis, substriatis.
- \*2076. 15. *H. CINERASCENS*, L. v. S., rarius in putridissimis lignis Juglandis cinereae, Bethl.  
*H. gregarium*, elongato-flexuosum, aterrimum, subnitens, quanquam superficie punctulata. Ligno cinerascens circumdatum, hinc cinerascens. Peritheciis dense aggregatis elongatis, labiis tenuibus, saepe frustulatum ruptis valde dehiscentibus.
- \*2077. 16. *H. TERES*, L. v. S., rarissime in vetustis lignis Rhododendri, Carolina et Pennsylv.  
*H. crustae* quaedam aeruginoso-fuligineae insidens. Peritheciis teretibus, longitudine lineam excedentibus, elevatis, subflexuosis, utrinque abbreviatim acutis, nigris, glabris nec nitentibus. Labiis subinflexis apertis.
- \*2078. 17. *H. INSIDENS*, L. v. S., rarius in lignis induratis solummodo Salem obvium.  
*H. insidens* crustae longe effusae nigrae. Peritheciis brevibus, sparsis, crassis, oblongo-ovatis, subtruncatis, plerumque versus basin in pseudostipitem contractis, utrinque obtusis, nigris. Labiis hiantibus inflexis.
- \*2079. 18. *H. rugulosum*, L. v. S., in frustulis dejectis ligni salicini, Bethl.  
*H. peritheciis* minoribus rotundis aut difformibus, nigris, plerumque convexis, extus valde rugulosis in maculam aggregatis, aut sparsis, longitudinaliter dehiscentibus, rima centrali, interdum abbreviata et manifestum labiata.
- \*2080. 19. *H. NUCICOLA*, L. v. S., in nucibus putridissimis Juglandis amarae, Bethl.  
*H. crustae* nigricanti insidens. Peritheciis ex ovato-hemisphaericis valde convexis, rima subimpressa, acuta clausa, ceterum glabris, ex fusco-nigris, acervatim sitis ex omni positione, transversa, parallela et mixta. Crusta videtur orta ex ascis profluentibus.
- \*\* *Erumpentia.*
2081. 20. *H. RUFESCENS*, L. v. S., Syn. Car. 252, F. n. 13, Vulgatissimum in discis caesorum arborum, et in cavitatibus udis succo repletis, praesertim Quercuum et Castanearum, interdum ad ulnarem longitudinem effusum, et Pennsylv.
2082. 21. *H. elatinum*, (crispum) F. 10, Syn. Car. 253, et. Pennsylv.
2083. 22. *H. FLEXUOSUM*, L. v. S., Syn. Car. 249, F. 18, et. Pennsylv.
- \*2084. 23. *H. Fraxini*, F. 19, rarius in ramis fraxineis, Bethl.
- \*2085. 24. *H. conigenum*, F. 20, rarius in Conis Pinorum, ibid.
- \*2086. 25. *H. RIMINCOLA*, L. v. S., affine *H. Ledi*, in rimis corticalibus virgultorum emortuorum Dier-villae—valde distinctum, Bethl.  
*H. erumpens*, in rimis situm, vix unquam omnino denudatum, angustum, lineare, confluens lineatim longis seriebus. Peritheciis medio dilatatis, labiis tumidulis apertis; aetate irregulariter ruptis, subflexuosis, utrinque acuminatis, nigris, disco pallente. Junioribus peritheciis saepe sphaeriaeformibus.
- \*2087. 26. *H. MORI*, L. v. S., passim lignis cariosis Mori increscit Bethl.  
*H. erumpens*, atrum, ovato-acuminatum, convexum. Peritheciis aggregatis, labiis tenuibus. Disco cinerascens.
- \*2088. 27. *H. VACCINII*, L. v. S., in ramis exsoletis Vaccinii frondosi, Bethl.  
*H. erumpens*, magnum, elongatum, ovatum, fusco-atrum, multo majus *H. Ledi*, cui affine. Labiis tenuibus, disco rufescente. Cortice cinctum erumpit.
- \*2089. 28. *H. AZALEAE*, L. v. S., etiam priori et *H. rimincolae* affine. In cortice Azaleae nudiflorae, Bethl.

- H. primum epidermide fere tectum, inde intumescente, quacum assurgit, rima aperta, satis magnum, seriatim ac paralleliter confluens, peritheciis 1—2 lineas imo interdum semiunciam longitudine aequantibus. Ex cortice tumido formantur pseudolabia obtegentia vera tenuia aperta, subrufescentia nigra, disco latiusculum monstrantia, fere nunquam denudata, nisi fungo destructo. Epidermide demum dejecta, perithecorum rudera ex ipso ligno erumpentiorum, flexuosorum, margine tumido—in conspectum veniunt.
- \*2090. 29. H. ANDROMEDAE, L. v. S., passim in cortice juniorum ramorum emortuorum Andromedae axillaris, Salem Carolinae.
- H. erumpens, primum epidermide tectum, nigro-circumscriptum, epidermide cum perithecio elevata, subpellucente, demum nigra. Peritheciis nigris ovatis, subrotundis et orbiculatis, sparsis aut confluentibus. Labiis hiantibus, disco nigro. Solummodo sub epidermide aut in illa occurrit, nunquam in ligno ipso. Interdum difforme.
- \*2091. 30. H. KALMIAE, L. v. S., in lignis subcariosis Kalmiae erumpens ex fibris subsolutis ac ab his tectum, Salem.
- H. fibris immersum, demum longitudinaliter erumpens; Peritheciis longissimis, linearibus, rectis utrinque acuminatis, confluentibus, aterrimis. Labiis tenuibus, subturgidis, hiantibus, rima latiuscula.
- \*2092. 31. H. RHOIS, L. v. S., rarius in ligno carioso Rhois typhinae, Bethl.
- H. sparsum, breve, ovatum aut subrotundum, convexo-globosum, nigrum, non nitens, glabrum. Labiis distantibus, rima latiuscula aperta. Inter fibras ligni subimmersum, minutum, puncta nigra nudo oculo tantum repraesentans.
- \*2093. 32. H. VERBASI, L. v. S., frequens in exoletis caulibus V. Thapsi, Bethl.
- H. regulare, erumpens, sparsum, nullimodo confluens aterrimum, abbreviato-oblongum, utrinque acuminatum extus rugoso-punctatum. Labiis satis distantibus. Disco nigro.
- \*2094. 33. H. ABBREVIATUM, L. v. S., in ligno antiquissimo Rhododendri, Bethl.
- H. erumpens ex fibris subsolutis cinerascentibus, punctiforme et abbreviatum. Perithecio semilineari, subacuminato glabro, arcte clauso, valde elevato, nigrescente, spargente ascos frequentes.
- \*2095. 34. H. FIBRITECTUM, L. v. S., in lignis antiquissimis salicinis, Bethl.
- H. erumpens, gregarium, plagas unciales inter fibras semisolutos occupans. Peritheciis semilinearibus, atris, late ovatis, utrinque abrupte acuminatis, plerumque apice applanatusculis, lateribus convexis; rima lata marginata, primum clausa.
- \*\*\* *Subsecta.*
2096. 35. H. SMILACIS, L. v. S., Syn. Car. 241, F. 21, et. Pennsylv.
- \*2097. 36. H. GRISEUM, L. v. S., vulgatissimum sub epidermide ramorum juniorum Smilacium frigore enecatorum, Bethl.
- H. primum omnino tectum epidermide, per quam subtranslucentem perspicitur et inde colorem griseum induit, quanquam Perithecia matura nigro-nitent. Ceterum perithecia sunt ovata orbiculata aut varia, minuta, multa aggregata, semper obtusa. Demum rima longitudinaliter dehiscente, disco nigrofulco.
- \*2098. 37. H. *Sambuci*, F. n. 24, frequens in S. canadensi, Bethl.
2099. 38. H. *Rubi*, F. 25, Syn. Car. 246, et. Pennsylv. frequens.
2100. 39. H. *Pinastri*, F. 26, Syn. Car. 256, frequens et Pennsylv.
- \*2101. 40. H. CONFLUENS, L. v. S., in stipitibus Ruborum Bethl. non rarum; satis affine H. *Rubi* sed forma et indole diversum.
- H. subinnato-tectum, sparsum in macula expallente epidermidis. Peritheciis polymorphis, ovatis, subrotundis, aut difformibus, saepe confluentibus, situ variantibus, nigris, majoribus minoribus intermixtis, ultimis plerumque orbiculatis. Labiis medio assurgentibus, rima acutim apertis, utrinque quasi sulcatis sub rima. Absque nitore.
2102. 41. H. LIBRINCOLA, L. v. S., in exoletis caulibus Asclepiadis syriacae, epidermide orbatis, Bethl.
- H. subsecto innatum ipso libro caulis, minutum sparsum, nigrum, subrugosum,  $\frac{1}{2}$  lineae longum convexum oblongo-ovatum, utrinque obtusum. Demum rima satis hians. Merum punctum offert nudo oculo, in fibris elevatusculis situm aut potius illis innatum.

\*\*\*\* *Xyloma*.

- \*2103. 42. *H. commune*, F. 33, in stipitibus, Bethl.  
 2104. 43. *H. PLANTARUM*, L. v. S., Syn. Car. 255, F. 34, etiam in Pennsylv. in exsoletis Montropis.
- \*2105. 44. *H. tumidum*, F. 40  $\beta$  trigonum, in foliis Quercinis, Bethl.
- \*2106. 45. *H. EXPALLENS*, L. v. S., affine *H. communi*—in stipitibus Syngenesiae plantarum majorum (Asterum, &c.), Bethl.  
*H. maculis pallide rufescentibus aut exalbescentibus late effusis in caulibus, innatum. Peritheciis sparsis, majoribus, atris ovatis, margine aut ambitu quasi Leptostromatoideo, centro elevato, rima lineari centrali aperto. His majoribus intermixta minora fusca punctiformia.*
- \*2107. 46. *H. typhinum*, F. 36, frequens in Typha, Bethl.
- \*2108. 47. *H. gramineum*, F. 39, in foliis graminum ibid.  
 2109. 48. *H. follicolum*, F. 43, Syn. Car. Xyloma hysterioides, 283. Solummodo obvium in fol. A. axillaris, Salem.
- \*2110. 49. *H. punctiforme*, F. 46, in nervis foliorum Quercinorum. Saepe in consortio sequentis, Bethl.
- \*2111. 50. *H. petiolare*, F. 47, frequens in petiolis, Bethl.
- \*2112. 51. *H. Samarae*, F. 48; frequens in Samaris fraxineis, Bethl.
- \*2113. 52. *H. OSMUNDAE*, L. v. S., in stipitibus Osmundae spectabilis, Salem et Bethl.  
*H. minutum, lineare, elongatum, atrum, interdum confluens, erumpens, elevatum, labiis valde hiantibus, utrinque acuminatum; refert lineolas nigras subpunctiformes.*
- \*2114. 53. *H. PTERIDIS*, L. v. S., rarissime in stipitibus Pteridis aquilinae, Bethl.  
*H. multo majus praecedenti, et ad priorem sectionem spectans; primum nigrofuscum, demum nigrum. Peritheciis ovatis, acuminatis, applanatis, substriatis, sparsis, interdum linearibus, sed saepe latiusculis. Rima longitudinaliter aperta.*
- \*2115. 54. *H. POLYGONATI*, L. v. S., an *Latrella?* caules Polygonati latifolii, longe lateque occupans.  
*H. sparsum aut confluens, eleganter nigro-punctans caules. Peritheciis atronitentibus, oblongo-ovatis, obtusis. Rima centrali elevata: demum hiante.*
2116. 55. *H. RHODODENDRI*, L. v. S., affinis *H. tumido*, in foliis Rhododendri Bethl. Vereor nisi idem cum Phacidio Rhododendri?  
*H. in macula expallente effigurata orbiculata situm; majusculum, bilineare, sparsum saepe transversim, valde elevatum, ovale, tumidulum, ex sordide viridi-nigrum. Interdum trifariam dehiscens, labiis semper quasi undulatis.*

## Genus 71. EXCIPULA.

- \*2117. 1. *E. turgida*, F. p. 190, n. 25, ad ramos rara, Bethl.
- \*2118. 2. *E. Rubi*, F. n. 96, frequens Bethl. in Rubis.
- \*2119. 3. *E. Strobi*, F. n. 28, in conis Pini Strobi, Bethl.
2120. 4. *E. LILIORUM*, L. v. S., Syn. Car. Xyloma, 261, F. p. 597, et. Bethl.
- \*2121. 5. *E. EPIDERMIDIS*, L. v. S. rarior in epidermide secedenti Spiraeae opulifoliae, Bethl.  
*E. innato-erumpens, demum libera. Cupulis minutis sparsis, extus nigris, rugosis, margine sublacerato, orbiculato-subrotundo. Disco subaperto, luteo-pallido. Minuta.*
- \*2122. 6. *E. RUMIGINCOLA*, L. v. S., in emortuis caulibus *R. verticillati*, Bethl.  
*E. epidermide plerumque tecta, imposita fibrillis radiantibus, oblonga, utrinque acuminata, nigra. Centro ore elevato aperto rotundo aut orbiculato.*
- \*2123. 7. *E. MAJUSCULA*, L. v. S., in caulibus dejectis Collinsoniae, affinis priori, Bethl.  
*E. epidermide tecta, insidens fibrillis indistinctis repentibus vix radiantibus, 2 lineas longa, ovato-acuminata, confluens, nigra. In centro depressa, demum ore rotundo aperta.*
- \*2124. 8. *E. GLANDICOLA*, L. v. S., rarior occurrit ad basin glandium putrescentium, Bethl.  
*E. nuda, superficialiter adnata, orbiculata, aggregata et interdum confluens. Peritheciis singulis applanatis in ambitu manifestum marginatis, atronitentibus plicatis. Ore centrali subelevato pezi-zoideo-aperto rotundo.*
- \*2125. 9. *E. VITICOLA*, L. v. S., rarior in foliis Vitis aestivalis, pagina aversa, Bethl.  
*E. minutissima, punctiformis, sparsa, aterrima, demum fere omnino aperta, disco candido.*

- \*2126. 10. *E. ULMICOLA*, L. v. S., rarior in foliis dejectis Ulmi fulvae, Bethl.  
E. in pagina superiori efficit maculas indeterminatas late expansas, in ambitu subeffiguratas, cinerascentes, fusco-marginatas, margine fusco lato. His copiose immersa sunt perithecia, excipuloidea, punctiformia, nigra, centro depresso et quasi cinerascente. An Sphaeria Depazea?
- \*2127. 11. *E. NITIDULA*, L. v. S., in ligno Liriodendri tulipiferae aetate cinerascenti denudato, Bethl.  
E. sparsa, minuta, superficialis. Cupulis aut peritheciis subglobosis, nigris, glabriusculis, extus nitidulis. Disco concavo exalbido non turgido.

## ORDO III. CYTISPOREI.

Genus 72. *ZYTHIA*. Fries. Sys. Veg. p. 118.

2128. 1. *Z. subulata*, F. (Sphaeronema 1), Syn. Car. Sphaeria, 232, in fungis agaricoideis et Bethl. passim.
- \*2129. 2. *Z. rufa*, F. (Sphaeronema 2), elegantissima in ligno Lauri aestivalis emortuo duro, Bethl.
- \*2130. 3. *Z. COMPRESSA*, L. v. S., in Polyporo frondoso rara sed optime distincta a *Z. subulata* cui affinis, Bethl.  
*Z. sparsa* et gregaria. Peritheciis parabolice-conicis subcompressis, spadiceis, subdiaphanis. Globulo spermatico candido, demum penicillatim tecto ascis evolutis. Magnitudine *Z. subulatae*.

Genus 73. *SPHAERONEMA*.

- \*2131. 1. *S. aciculare*, F. n. 3, Salem et Bethl. rarum.
2132. 2. *S. acrospermum*, F. 4, Syn. Car. 228, nondum in Pennsylv.
- \*2133. 3. *S. ventricosum*, F. 5, in cortice Castaneo Bethl. et Salem.
- \*2134. 4. *S. cladomiscus*, F. 6, in Rhododendro, Bethl.
- \*2135. 5. *S. affine*, F. 7 b, vix mera varietas proximi, Bethl.
2136. 6. *S. cylindricum*, F. 7 a, Syn. Car. 229, in ramulis et Bethl.
- \*2137. 7. *S. parabolicum*, F. 8, in libro corticis Castan. Bethl.
2138. 8. *S. conicum*, F. 9, Syn. Car. 231, nondum Pennsylv.
- \*2139. 9. *S. pyriforme*, F. 10, sub cortice Pyri, Bethl. in libro.
2140. 10. *S. hemisphaericum*, F. 13, Syn. Car. 230, et. Bethl.
- \*2141. 11. *S. RHODODENDRI*, L. v. S., in ligno deorbato Rhododendri, Bethl.  
S. peritheciis sparsis, complanatis, subinnatis, ovatis striatis, nigris. Globulo albo deciduo, tum quasi perforata apparent perithecia, ceterum minuta.
- \*2142. 12. *S. CATALPAE*, L. v. S., in aversa pagina decedentis Corticis Catalpae ex libro pullulans, Bethl.  
S. peritheciis subcylindricis, gracilibus, basi bulboso-incrassato, nigris. Globulo spermatico deciduo albo, relinquente foveolum excavatum album in ore perithecii.
- \*2143. 13. *S. CAULINCOLA*, L. v. S.  
S. peritheciis aggregatis, subdifformibus aut Sphaeriaemorphis, nigris, rugosis, subcompressis—coronatis globulo nigro. Intus albobarctis. Prorumpens ex caulibus vetustis ignotis, Bethl.

Genus 74. *CYTISPOREA*.

2144. 1. *C. chryso sperma*, F. p. 542, n. 4, Syn. Car. 291, Naemasp. frequens in Betulis variis, Salem et Bethl.
- \*2145. 2. *C. carphosperma*, F. 6, ad corticem Mali, Bethl.
- \*2146. 3. *C. xanthosperma*, F. 5, in ramis salicinis, Bethl.
- \*2147. 4. *C. fugaax*, F. 9, in salicinis ramis, ibid.

- \*2148. 5. *C. hyalosperma*, F. 15, ramis Carolinae passim.
- \*2149. 6. *C. carbonacea*, F. 10, in ramis ulmeis, Bethl.
- \*2150. 7. *C. melasperma*, F. 12, Salem et Bethl. in Betula.
- \*2151. 8. *C. betulina*, F. 13, etiam Salem et Bethl.
- \*2152. 9. *C. guttifera*, F. 16, ramulis ignotis, Bethl.
- \*2153. 10. *C. globifera*, F. 17, elegans in Spiraeae opulifol. ibid.
- \*2154. 11. *C. rhuina*, F. 18, frequens in emortuis ramis variorum Rhoidum, Bethl.
- \*2155. 12. *C. Rosae*, Greville Scot. Crypt. frequens in ramis Rosae corymbosae, Hope, New Jersey.
- \*2156. 13. *C. PERSICAE*, L. v. S., frequentissima in junioribus ramulis Persicarum Salem et Bethl.  
C. tuberculo tecto, demum prorumpente, orbiculari, minuto, sparso, nigro. Ore albescente, cirrhulo deciduo, albedo. Intus celluloso-grumosa albescens.
- \*2157. 14. *C. ROBINIAE*, L. v. S., vix *C. coccinea* F., nam cirrhulus omnino aliter coloratus. Non rara in ramulis Robiniae.  
C. tuberculis majusculis, fusco-badiis, quadrato-elevatis ex epidermide prorumpentibus stellatim fisso; multis aggregatis cingentibus ramulos, apice substiolato irregulariter depresso. Intus nigrescit. Cirrhis pallidis.
- \*2158. 15. *C. CEANOTHI*, L. v. S., frequens in virgultis emortuis Ceanothi, Bethl.  
C. conceptaculo nullo. Cellulis fuliginosis circinantibus in massa corticali, formante tuberculum ovatum, subelevatum sub epidermide. Disco in centro inaequabili, cirrho sordide albo deciduo. Gelatina in cellulis cornea indurata. Minutissima, vix semilineari diametro sed frequentissime prorumpens ex corticis rimis.
- \*2159. 16. *C. DIFFORMIS*, L. v. S., in maximis ramis quercinis ad ignem destinatis, Bethl.  
C. magna; cellulis in conceptaculo indistincto incusis, tam irregulari et saepe oblitterato ut cellulae luteae gyrosae, materie nigra indurata repletae, quasi in corticali substantia nidulare videntur, tamen nigro-circumscriptae. Ostiolis confusis crassis, emittentibus cirrhos rudes, majores incarnato rubescentes, demum corneos, demum omnino tectos pulvere albo-filamentoso. Prorumpit ex rimis corticis et facile maxima species generis.
- \*2160. 17. *C. QUERCINA*, L. v. S., affinis *C. chrysospermae* in lignis ad ignem praeparatis, Bethl.  
C. cellulis in conceptaculo incusis conico-irregulari nec tam efformato quam in *C. chrysosperma*. Ostiolis pluribus difformibus crassis. Cirrhis lutescentibus mediocris ex ostiolis.
- \*2161. 18. *C. RUBI*, L. v. S., in junioribus ramis *R. Idaei* hortorum frigore enecati, Bethl.  
C. tuberculis in macula aggregatis longe lateque effusa lactea, immersis, nigris, regulariter ovatis, applanatis, subcellulosis, intus albidis, elevatis in collum centrale, ex quo protruduntur cirrhi crassi difformes, decumbentes ex albo-lutescentes. Fila Dothidinea interdum tuberculum cingunt—  
an aliena?

## Genus 75. CEUTHOSPORA.

- \*2162. 1. *C. phaeocomes*, Sphaeria capillata Greville nec Neesii—F. Syst. Veg. p. 120, Sphaeria p. II. 448.  
Species distinctissima in culmis secalinis, Bethl.

## Genus 76. PHOMA.

- \*2163. 1. *P. salicina*, F. 546, n. 1. Rara Easton in Salicinis fol.
- \*2164. 2. *P. populi*, F. n. 2; frequens in foliis *P. moniliformi* dejectis, Bethl.
2165. 3. *P. pustula*, F. n. 4, Syn. Car. Sphaeria, 224, et passim in foliis Juglandinis, Bethl.
- \*2166. 4. *P. CALYCANTHI*, L. v. S., frequens in foliis jam semi-emortuis Calycanthi.  
*P. multilocularis*—subrotunda, plana, confluens, fusca, epidermidi innata, tecta. Ostiolis indistinctis sparsis. Rarissime aperta. Satis magna, bilinearis. Folia maculat.
- \*2167. 5. *P. TULIPIFERAE*, L. v. S., rarius occurrit in foliis Liriodendri pagina inferiori—sed ubi adest, copiosa, Bethl.

- P. pustula* applanata, pluribus confluentibus, nigro-fuscis majusculis, satis elevatis. Ostioli indistincte formati. Intus priori affinis.
- \*2168. 6. *P. ANDROMEDAE*, L. v. S., rarius in foliis dejectis *A. axillaris*, Salem. Paginam aversam infestat.
- P. subsecta*, entophylla, epidermide circumcirca cinerascete formatur macula indeterminatim effusa, in qua perithecia irregulariter sparsa aut aggregata sunt, difformia, nigra, ovato-applanata, multilocularia. Epidermide demum rupta, ora perithecorum irregularia prominent. Magnitudine perithecorum variante vix unquam lineam et dimidiam excedit.
- \*2169. 7. *P. PRUNICOLA*, L. v. S., passim sed rarius in foliis *Pruni virginianae* aut *serotinae* dejectis, Bethl.
- P. entophylla*; epidermide cinerascete formante maculas latas irregulariter effusas in folio. Demum rupta, perithecia in conspectum veniunt ovata, rotunda aut quadrato-difformia, nigro-fusca, ore rotundo primum pertusa, demum latius aperta, et forma oris irregulari—stromate interno manifesto grumoso-fuscescente.
- \*2170. 8. *P. CULMICOLA*, L. v. S., eximia species, in culmis *Andropogi scoparii*, Bethl.
- P. sparsa*, eleganter erumpens, globosa, aut elliptico-elevata fere semilineam alta, extus atra, rugosa, convexa. Ore majusculo, albocincto, aperto; disco pallide flavo excavato; massa interna grumosa. Juniori aetate epidermide tecta.

## ORDO IV. XYLOMACEI.

## Genus 77. SCHIZOXYLON.

- \*2171. 1. *S. Personii*, F. Syst. Veg. p. 121, in ligno *Rhododendri* denudato, Bethl.
- \*2172. 2. *S. TUBERCULATUM*, L. v. S., in palis ex ligno *Robiniae* factis non rarum Bethl.
- S. sparsum*, in tuberculis ligneis valde elevatis, circumcirca cinerascetibus. Peritheciis tuberculis immersis aterrimis, disco rimali demum rotundo aperto. Sporidiis aut ascis majusculis profluentibus. Perithecia ex tuberculis excussa, linquente foveola inania in tuberculo.

## Genus 78. PROSTHEMIUM.

- \*2173. 1. *P. betulignum*, Syst. Veg. p. 121, Myc. Hefte I. Kunzei p. 17. Passim obvium in ramis *betulinis*, Bethl.

## Genus 79. LABRELLA. Fries. Sys. Veg. p. 121, et Suppl.

- \*2174. 1. *L. scripta*, F. Leptostrome, 1, p. 598, in *Aceris* negund. ramis Nazareth hort.
- \*2175. 2. *L. NITIDA*, L. v. S., rara in caulibus *Polygonati*, Bethl.
- L. maculatum* aggregata; peritheciis atronitentibus superficialibus, ovatis, regularibus, e plano-convexis, rima centrali dehiscetibus, nec clausis et sterilibus ut solent *Leptostromata*.

## Genus 80. ACTINOTHYRIUM.

- \*2176. 1. *A. graminis*, F. S. M. 597, ad culmos *Caricis*, Bethl.
- \*2177. 2. *A. MAGNOLIAE*, L. v. S., in aversa pagina foliorum *Magnoliae glaucae*, Philad.
- A.* plerumque peritheciis concentricis sitis, tamen sparsis punctiformibus e fusco-nigris, nidulantibus in foveolis nervorum in pagina aversa, applanato-convexulis, orbiculato-scutiformibus. Priori satis affine, sed in ambitu fere integrum nec tam radiato-fibrosam.
- \*2178. 3. *A. CAULINCOLA*, L. v. S., passim occurrit in caulibus, praesertim *Eupatorii*, Bethl.

A. orbiculatum, satis elevatum, nigro-fuscum, subumbonatum, epidermide tectum, margine radianti fibrilloso. Peritheciis sparsis sed numerosis, multo majoribus ceteris speciebus.

### Genus 51. LEPTOSTROMA.

- \*2179. 1. *L. caricinum*, F. 599, n. 3, in foliis Caricum, Bethl.
- \*2180. 2. *L. filicinum*, F. 5, in stipitibus Filicum, Bethl.
- \*2181. 3. *L. vulgare*, F. n. 7, in caulibus Araliae, Rubi, &c., ibid.
2182. 4. *L. ACTAEAE*, L. v. S., Syn. Car. Xylom. 264, vulgatissima in caulibus Cimicifugae ramosae (olim Actaea). Differt a *L. vulgari*, quia semper umbonatum et saepissime stellatim confluent. Atronitet.
- \*2183. 5. *L. hysteroioides*, F. 8, in junioribus stipitibus Bignoniae radicans frigore enecatis, Bethl.
2184. 6. *L. sphaerioides*, F. n. 8, Syn. Car. *Xyl. nitens*, 262, etiam Bethl. in Vitis stipitibus.
2185. 7. *L. SCANDENTIUM*, L. v. S., Syn. Car. Xyloma, 263. Vulgaris et distincta praesertim in samentis Glycineos monoicae, &c. etiam Galii aparinis et Bethl.
- \*2186. 8. *L. DONACIS*, L. v. S., in culmis viridibus et subviridibus Salem cultis Arundinis Donacis.  
*L. orbiculatum*, 1—2 lin. diametro, scutiforme ambitu quasi lobatum, olivaceo-nigrum, applanato-elevatum, centro subumbonatum. Annon Actinothyrium?
- \*2187. 9. *L. FRUCTIGENA*, L. v. S., in ipsa glaberrima epidermide Pomorum, maturorum, praesertim vulgo dictorum Vandeever, Bethl.  
*L. superficie glabra, punctiforme, peritheciis plerumque concentrice aggregatis, centro depresso—superficie subrugulosa—ceterum nigris.*
- \*2188. 10. *L. RHUINUM*, L. v. S., in petiolis *R. glabrae*, Bethl.  
*L. puncta minima, undique sparsa, atra, non nitentia per lentem ovata, subrotunda offert. Primum tectum demum denudatum, centro collapsulo, costa rimaeformis subelevata centrali. Majora elliptico-acuminata perithecia minoribus mixta.*
- \*2189. 11. *L. HYPERICI*, L. v. S., frequens in caulibus Hyperici perforati, Bethl.  
*L. minutum, primum tenerima epidermide tectum: erumpens, demum, ac denudatum, rotundum aut elliptice acuminatum, e fusco-nigrum, absque nitore valde elevatum—subsclerotioideum. Interdum lineare et ramosim confluent.*
- \*2190. 12. *L. ASPIDIORUM*, L. v. S., forma et indole differt ab affini *L. filicino*—non rarum in stipitibus variorum Aspidiorum, Bethl.  
*L. minutum, subrotundum, confluent, e fusco-nigrum nitens, parum elevatum impressum, rarissime tractu lineari, sed plerumque effiguratim confluent. Interdum simplex et punctiforme.*
- \*2191. 13. *L. CEREALE*, L. v. S., frequens in culmis adhuc stantibus post messem, Bethl.  
*L. primum sub epidermide tectum, qua dejecta, nudum at innatum evadit, nigro-nitens, ellipticum, sub-elevatum utrinque acuminatum, centro late depresso. Massa quadam alba implet interiorem partem. An sit Sclerotium? Circum perithecia, epidermis tingitur nigro-fusca, efficiens maculas trilineares.*
- \*2192. 14. *L. MARGINATUM*, L. v. S., in culmis crassioribus Graminum rariis, Bethl.  
*L. superficiale, oblongo-ovatum, sed longitudinaliter mire modo quasi effiguratim confluent—interdum maculam efficiens semiuncialem, utrinque rotundatam, atram sed non nitentem. Margine manifestim elevato cinctum est perithecium, superficie applanata minutim tuberculosa. Subdetergibile—et ideo non innatum.*
- \*2193. 15. *L. PICEUM*, L. v. S., rarum sed distinctissimum, in dejectis stipitibus ignotis, Bethl.  
*L. crusta quasi nigro-picea, tenuiores caules undique circumdans, subcontinua, subindeterminatum ambitu. Huic insident perithecia ovata, oblonga, et difformiter lobata, margine subelevato, superficie concaviuscula, et rariter in crusta sparsa. Rarius observantur perithecia conformia extra fines crustae.*
- \*2194. 16. *L. ZIZANIAE*, L. v. S., in defossis radicibus *Zizaniae*—prope Philad.  
*L. magnum, piceum, nitens, bullatim effusum.*
- \*2195. 17. *L. INUNDATORUM*, L. v. S., in culmo caricino magno Philadelphiae in Delaware.  
*L. effiguratim effusum, atrum, confluent, innatum, applanatum, conflatum ex multis parvis peritheciis.*
- \*2196. 18. *L. ACERINUM*, L. v. S., in junioribus ramis Aceris Pennsylvanicae, Mauch Chunk.  
*L. subrotundum, gregarium, immerso-innatum, ex olivaceo-nigrum, margine atriori; applanatum, rimosum. Affine *L. fructigenae*, et *L. Donacis*.*

## Genus 82. SACIDIUM. Syst. Veget. F. p. 122.

- \*2197. 1. *S. Chenopodii*, F. Syst. et Kunz. Myc. Hefte II. p. 64.
- \*2198. 2. *S. VEGETANS*, L. v. S., in junioribus virgultis *Staphyleae*, frigore tactis sed non omnino enecatis, Bethl.  
*S. peritheciis orbiculatis et difformibus superficialibus nigris, aggregatis sed non confluentibus in maculas: centro subelevato, pseudostiolato. Superficie scutiformi rugosa.*
- \*2199. 3. *S. ΒΙΣΚΟΝΙΑΕ*, L. v. S., in ramulis junioribus *B. radicans*, frigore enecatis, Bethl.  
*S. subepidermide tectum, punctiforme, minutissimum atrum—ostiolo prorumpente subelevato. Excussum, linquet foveola pallida cava in epidermide.*



## CLASSIS TERTIA. GASTEROMYCETES.

## ORDO I. ANGIOGASTRES.

## Tribus 1. PHALLOIDEI.

## Genus 83. PHALLUS.

2200. 1. *P. impudicus*, F. II. p. 280, Syn. Car. 535, in Pennsylv. non nisi Erie County, prope Lake Erie obvius mihi.  
 2201. 2. *P. indusiatus*, F. 282, n. 1, Syn. Car. 536, non rarus Pennsylv.  
 \*2203. 3. *P. duplicatus*, F. n. 3, rarus, Bethl.  
 \*2204. 4. *P. rubicundus*, F. n. 6, Salem rarissime et New York.

## Genus 84. CLATHRUS.

2205. 1. *C. columnatus*, F. p. 288. In Georgia invenit clarissimus Leconte ac mihi Iconem misit.  
 2206. 2. *C. cancellatus*, F. p. 288, ibidem inventus ab eodem ac Icone mihi transmissus.

*Nota.*—Mirum est nec in Carolina septentrionali nec in Pennsylvania unquam Clathrum me invenisse tam diligenter quaesitum. Videntur Soli magis torrenti solummodo gaudere. Interea observandum est me semel invenisse exuvias Fungi, non eruendi ob statum exsoletum, quae speciem ex hoc Tribu at non Phallum manifestum indicaverunt in regione Nazarethana, Pennsylv.

## Tribus 2. TUBERACEI.

## Genus 85. TUBER.

- \*2207. 1. *T. cibarium*, F. II. p. 289, 1. Muhlb. Catalog. nunquam ipse inveni—sed certior factus sum ante sexaginta annos in vicinitate Nazarethorum ab antiquo venatore germano, canequae suo ad hoc olim educato, non rariter inventum esse.

## Genus 86. RHIZOPOGON.

2208. 1. *R. albus*, F. p. 293, n. 1, Syn. Car. 323, nec Pennsylv.  
 2209. 2. *R. virens*, F. n. 3, Syn. Car. 324, et Pennsylv.  
 \*2210. 3. *R. aestivus*, F. p. 294, n. 4. In monte Pocono, Pennsylv.

## Tribus 3. NIDULARIACEI.

## Genus 87. NIDULARIA.

\* *Cyathus*.

2211. 1. *N. striata*, F. p. 298, Syn. Car. 531, frequens Bethl.

2212. 2. *N. campanulata*, F. n. 2, Syn. Car. 532, et. Bethl.  
 2213. 3. *N. Crucibulum*, F. n. 4, Syn. Car. 533, frequens et Pennsylv.  
 \*2214. 4. *N. scutellaris*, F. n. 5, rarior ad ligna Bethl.  
 \*2215. 5. *N. STERCOREA*, L. v. S., passim Hieme in stercore vaccino insuper rupes dejecto inventa, Hope, New Jersey.  
*N. obconica*, subsparsa, extus strigoso-hirsuta, canescens demum denudata brunnea, margine fimbriato. Intus glabra nec plicato-striata, spadiceo-castanea subnitens, in fundo nigricans. Sporangii atris, glabris, majusculis. Dimidio minor *N. striatae* cui affinis.  
 \*2216. 6. *N. MELANOSPERMA*, L. v. S., in pulvere vaporario ad vias emendandas adhibito, Bethl. primo vere.  
*N. caespitibus* densis aggregata, magnitudine *N. striatae*, obconica, limbo patenti, extus valde strigosa, pallida; margine integro. Intus glaberrima, atro-fusca, nitens. Sporangii maximis, aterrimis, difformiter lenticularibus, glaberrimis, nitidis. Epiphragmate pallido tenuiusculo.  
 \*2217. 7. *N. RUGISPERMA*, L. v. S., in quisquiliis dejectis rarior, Bethl.  
*N. caespitosa* aut sparsa, obconico-campanulata limbo vix patente; epiphragmate crasso, plano, albido, floccoso-strigoso. Extus strigosa, pallida aut ochracea. Intus cinereo-splendens, nullimodo plicato-striata, sed glabra. Sporangii magnis atris, lenticularibus, non nitentibus, sed superficie reticulato-rugosa. Ceterum magnitudine prioris.  
 \*2218. 8. *N. FASCICULARIS*, L. v. S., ad radices emortuos maximi fruticis Artemisiae Absinthii in Horto, Bethl.  
*N. fasciculatim* crescens in superficie corticis radicalis e basi quadam tomentoso-strigosa, effusa. Cupulis maxime obovatis, limbo repando, subundulato, reflexo; extus badio-strigosis, basi valde contracta, et quasi paralleliter annulatum zonatis; intus glaberrimis nitore argenteo ac fuligineo-zonatis. Sporangii majusculis argenteo-plumbeis. Juniore aetate cupulae sunt exacte obconicae, interdum numerosae in caespite. Epiphragmate strigoso concolore; antequam rumpitur globoso-convexo aut cacumine subacuto.  
 \*2219. 9. *N. JUGLANDICOLA*, L. v. S., magna copia prorumpens ex rimis corticis duri Juglandinum, serie longitudinaliter protracta. Affinis et. *N. Crucibulo*. Bethl. rarior.  
*N. turbinato-campanulata*, arhiza, basi contracta, limbo repando, saepe confluens. Extus ferrugineo-lutescens, subtomentosa, tomento basilari tenui in cortice effuso. Intus glabra, candidissima. Sporangii crebris, candidissimis. Epiphragmate impresso, firmo, ferrugineo. In majoribus specimenibus cupulae dense fasciculatae.

\*\* *Nidulariae*.

2220. 10. *N. PULVINATA*, L. v. S., Syn. Car. 534, F. n. 8, solummodo Salem Carolinae.

Genus 88. *ARACHNION*, L. v. S., F. II. p. 303.

2221. 1. *A. ALBUM*, L. v. S., Syn. Car. 334, p. 33, nondum in Pennsylv. inventum.

Genus 89. *MYRIOCOCCUM*.

- \*2222. 1. *M. praecox*, F. p. 304, rarius Bethl. in truncis vetustissimis.

Genus 90. *POLYANGIUM*.

- \*2223. 1. *P. vitellinum*, F. p. 305. Frequens in pulvere vaporario, Bethl. vere.

## Tribus 4. CARPOBOLI.

## Genus 91. ATRACTOBOLUS.

- \*2224. 1. *A. ubiquitous*, F. p. 305, in variis foliis udis—nec tamen valde frequens, Bethl.  
 \*2225. 2. *A. lutescens*, L. v. S., in dejectis foliis betulinis rarius, Bethl.  
*A. cupulis sessilibus, aureo-lutescentibus, nitentibus, minutissimis, copiosim sparsis, limbo tumido; operculo applanato-convexo, umbonato, subcostato, glabro, concolore.*

## Genus 92. THELEBOLUS.

2226. 1. *T. stercoreus*, F. p. 307, n. 2, Syn. Car. 303, nondum in Pennsylv. inveni.

## Genus 93. PILOBOLUS.

2227. 1. *P. crystallinus*, F. p. 308, n. 1, Syn. Car. 304, et valde frequens autumnno in stercore, Bethl.  
 2228. 2. *P. roridus*, F. n. 2, Syn. Car. 305. Rarissime obvius solummodo in Carolina, stercore equino.

## Genus 94. SPHAEROBOLUS.

2229. 1. *S. stellatus*, F. p. 309, Syn. Car. 302, et. Pennsylv. freq.  
 \*2230. 2. *S. tubulosus*, F. p. 310, n. 2, passim in Pennsylv. in ramis et ramulis corruptissimis variorum arborum. Fungus distinctissimus.  
 \*2231. 3. *S. CRUSTACEUS*, L. v. S., satis frequens similibus locis, Bethl.  
*S. crustae candidae, sublichenosae, pulverulentae in ramulis subeffiguratim expansae immersae sunt cupulae globosae majusculae, cum cortice et crusta elevatae, ore contracto aperto, margine albo-pulverulento non stellato, intus post sporangii ejectionem, flavae, glabrae. Sporangio atro primum cylindrico, apice rotundato aut applanato depresso, exsiccato corneo. Multo major S. stellato, nam diametrum bilinearem attingit.*  
 \*2232. 4. *S. SPARSUS*, L. v. S., in dejectis stipitibus, v. c. Hydrangeae, Stictidem referens, Bethl.  
*S. sparsus, absque crusta, epidermide subtectus et eacum conico-elevatus. Cupulis plano-concavis, intus pallidis, immersis. Ore rotundo, margine nigro, albo-pulverulento latiusculo. Sporangiiis nigris, apice ad instar Pezizulae aut Patellariae depresso—demum ejectis. Diameter cupulae semi-linearis.*  
 \*2233. 5. *S. MINUTISSIMUS*, L. v. S., in fibris subsolutis Corticis dejecti Castaneorum interioris cum aliis minutissimis fungis, Bethl. rarissime.  
*S. cupulis fere omnino liberis, minutissimis (nudo oculo fere invisibilibus) exacte Pezizam dasyscypham referentibus; extus nempe cinereo-albis; villosa-strigosis, subcylindrico turbinatis, demum emittentibus sporangium globosum, subdiaphanum, cinerascens, cupulam magnitudine aequans. Primum omnino clausum, sed sporangiolo dejecto, supersunt quasi Pezizulae strigoso-pulverulentae, margine irregulariter fisso nec stellato.*  
 \*2234. 6. *S. CORII*, L. v. S., in vetusto corio dejecto et in linteis affixis occurrit rarius—affinis *S. stellato*, sed minor, Bethl.  
*S. gregarius, ime immersus corio, tandem post ejectum sporangium fere omnino emergens: primum villo albedo velatus. Demum peridio externo in lacinias 3—4 regulares fisso, revoluto stellatim, candido pulverulentus. Tum exacte refert Stictidem radiatam. Sporangio applanato, corrugato, pallido. Peridio externo persistit.*

## ORDO II. TRICHOSPERMI.

## Tribus 1. SCLERODERMEI.

Genus 95. ELAPHOMYCES. Syst. Fries. Veget. p. 154.

- \*2235. 1. *E. cervinum*, (Lycoperdon olim) rarissime obvium factum his regionibus Pennsylvaniae, Spr. 520.

Genus 96. UPERRHIZA. Bosc. S. F. V. p. 155.

- \*2236. 2. *U. Boscii*, Nees. Syst. p. 159. Etiam rarissime a me in monte Pocono inventa, Sprengl. p. 416.

Genus 97. SCLERODERMA.

2237. 1. *S. citrinum*, Sprengel, Syst. II. p. 519, Syn. Car. 346, et Mauch Chunk frequens.  
 2238. 2. *S. spadiceum*, Pers. Synopsis, satis distinctum a priori, Syn. Car. 347, et Pennsylvania.  
 \*2239. 3. *S. verrucosum*, Sprengel, p. 520, n. 7, in monte Pocono.  
 2240. 4. *S. Cepa*, Sprengel, 520, n. 8, Syn. Car. 348, non rarum et. in Bethl.  
 2241. 5. *S. polyrhizon*, Spr. n. 9, Syn. Car. 349, et Pennsylv.  
 2242. 6. *S. LYCOPERDIOIDES*, L. v. S., Syn. Car. 350, Sprengel, n. 5, nondum in Pennsylv. observavi.

Genus 98. MITREMYCES.

2243. 1. *M. LUTESCENS*, L. v. S., Syn. Car. 345, Sprengel, p. 518, rarius occurrit in Pennsylvania quam in Carolina, tamen passim.  
 \*2244. 2. *M. cinnabarinum*, Calostoma, Devaux et Brongniart, Bethl. et New York. Satis affine Mitremyci—sed peridium externum, corneum, coccineo-cinnabarinum, primum omnino clausum, demum deciduum et revolutum fissum in lacinias. Stipite prioris.

## Tribus 2. LYCOPERDINEI.

Genus 99. ACTINODERMIIUM. Nees. et S. Veg. F. p. 137.

- \*2245. 1. *A. Sterrebeckii*, Spr. 518, n. 10. Fungus apud nos maximus Bethlehemensis. Plerumque caespitosim crescit, 3—4 individuis radicibus connexis; interdum singulorum Pteridium latitudinem plusquam semipedalem attingit. Nullimodo ad Geastra pertinet et distinctissimus est. Etiam nobis obvium sed rarissime in Carolina. Pennsylvania non rarum.

Genus 100. GEASTRUM.

\* *Stipitata*.

2246. 1. *G. pectinatum*, Spr. p. 518, n. 3, Syn. Car. 325.

2247. 2. *G. quadrifidum*, Spr. n. 4, Syn. Car. 326, non Pennsylv.  
 2248. 3. *G. MINIMUM*, L. v. S., Syn. Car. 327, Sprengel, n. 5, etiam non rarum in Pennsylv.

\*\* *Sessilia*.

2249. 4. *G. rufescens*, Spr. 6, Syn. Car. 328, nondum Pennsylv.  
 2250. 5. *G. hygrometricum*, Spr. 8, Syn. Car. 329, valde vulgare etiam Pennsylv.  
 2251. 6. *G. FIBRILLOSUM*, L. v. S., Syn. Car. 330, Spreng. n. 9, etiam in Pennsylvania et plerumque ad truncos vetustos in terra ex cortice corrupto orta. Interdum eleganter areolatum a fibrillis.

Genus 101. BOVISTA.

2252. 1. *B. gigantea*, Spr. p. 523, n. 1, Syn. Car. 336, Lycoperd. et rarius in Pennsylv.  
 2253. 2. *B. CANDIDA*, L. v. S., Syn. Car. 333. Nullimodo ad priorem pertinet ut vult Sprengel, p. 524.  
 2254. 3. *B. nigrescens*, Spr. n. 2, Syn. Car. 331, et Pennsylv.  
 2255. 4. *B. plumbea*, Spr. n. 3, Syn. Car. 332, et Bethl.  
 \*2256. 5. *B. CRANIIFORMIS*, L. v. S., rarior, sed ubi adest copia magna, in Pomariis. Fungus inter maximos et distinctissimos, Bethl.  
*B.* stipitata; stipite obconico crasso, triunciali diametro, brevi, vix radiculoſo aut saltem parum, expanso in capitulum peridiosum applanato-turbinatum latitudinem pedalem attingens, superne subdepressum, plicato-undulatum exacte referens cranium humanum. Statu immaturo colore gaudet expallido-subcarneo. Peridio externo membranaceo, furfure minuto tecto, deciduo, plagis magnis irregularibus. Interno membranaceo glabro. In stipite plicae rariores observantur. Peridio interno repleto floccis densissimis adhaerentibus, Sporidiis pedicellatis floccis infixis copiosis, cum floccis lutescenti-ochraceis demum griseis. Gregatim crescit.

Genus 102. LYCOPERDON.

2257. 1. *L. pratense*, Spr. p. 523, n. 4, Syn. Car. 338, et. Pennsylv.  
 2258. 2. *L. umbrinum*, Sp. n. 5, Syn. Car. 342, et. Pennsylv.  
 \*2259. 3. *L. echinatum*, Spr. n. 6, Bethl. passim.  
 2260. 4. *L. pyriforme*, Spr. n. 8, Syn. Car. 344, frequens, Bethl.  
 2261. 5. *L. excipuliiforme*, Sp. 10, Syn. Car. 339, et Bethl.  
 2262. 6. *L. quercinum*, (Spr. molle) n. 12, Syn. Car. 313, et Bethl.  
 2263. 7. *L. maximum*, Spr. n. 2, perperam *L. perlatum*, Syn. Car. 340, etiam Pennsylv.  
 2264. 8. *L. areolatum*, Sp. n. 3, olim *L. candidum*, Syn. Car. 341, frequens etiam Pennsylv.  
 2265. 9. *L. utriiforme*, Persoon. Synops. Satis distinctum rarius Bethl.

Genus 103. TULOSTOMA.

2266. 1. *T. brumale*, Spr. p. 524, Salem et New York.  
 \*2267. 2. *T. squamulosa*, non varietas prioris sed verisimiliter *Rimella* Rafinesque, Syst. F. Veg. p. 139. In arena volatili juxta ripas fluminis Yadkin Carolinae.

Tribus 3. PHYSAREI.

Genus 104. LYCOGALA.

2268. 1. *L. miniatum*, Spr. p. 533, n. 3, Syn. Car. 353, et Pennsylv. frequens.  
 2269. 2. *L. punctatum*, Sp. n. 4, Syn. Car. 354, etiam frequenter occurrit in Pennsylv.

## Genus 105. DIDYMIUM.

- \*2270. 1. *D. lobatum*, Spr. p. 528, Cionium, n. 11, Torrey ex New York.  
 2271. 2. *D. squamulosum*, Sp. n. 1, Syn. Car. 363, et. Pennsylv.  
 2272. 3. *D. difforme*, Spr. Diderma, p. 526, Syn. Car. 366, et. Bethl.  
 2273. 4. *D. testaceum*, Spr. Cionium, n. 9, Syn. Car. 364, non Pennsylv.  
 2274. 5. *D. globosum*, Sp. C. n. 8, Syn. Car. 365, et. Bethl.

## Genus 106. PHYSARUM.

\* *Stipitatae.*

- \*2275. 1. *P. leucopus*, Spr. p. 526, n. 1, rarius Bethl.  
 2276. 2. *P. hyalinum*, Sp. n. 2, Syn. Car. 371, et Pennsylv.  
 2277. 3. *P. nutans*, Sp. n. 3, Syn. Car. 372, etiam Pennsylv.  
 \*2278. 4. *P. muscicola*, Sp. n. 4, Dr Torrey misit ex New York.  
 2279. 5. *P. squamulosum*, Sp. n. 6, Syn. Car. 378, et. Bethl.  
 2280. 6. *P. farinaceum*, Sp. n. 9, Syn. Car. 380, et. Bethl.  
 2281. 7. *P. Clavus*, Sp. n. 11, Syn. Car. 381, nondum Pennsylv.  
 2282. 8. *P. tigrinum*, Sp. n. 12, Syn. Car. 379, et. Bethl.  
 2283. 9. *P. compactum*, Sp. n. 13, Syn. Car. 382, *polycephalum*, rarius Wilkes County, Carolinae.  
 2284. 10. *P. columbinum*, Sp. n. 14, Syn. Car. 377, nond. Pennsylv.  
 2285. 11. *P. viride*, Sp. n. 18, Syn. Car. 374, et. Bethl.  
 2286. 12. *P. aureum*, Sp. n. 20, Syn. Car. 375, et. Bethl.  
 2287. 13. *P. aurantiacum*, Sp. var. prior., Syn. Car. 376, nondum Bethl.  
 \*2288. 14. *P. xanthopus*, Sp. Cionium, n. 3, Bethl. in foliis dejectis Peridiis subtus umbilicatis: stipite auro.  
 2289. 15. *P. sulphureum*, A. Sp. 93, Syn. Car. 373. Species distincta. Cur non a Sprengelio ex Synopsi Fungorum Lusitiae adoptata nescio.

\*\* *Sessilia.*

2290. 16. *P. contextum*, Syn. Car. 367, Salem et Bethl. Spr. Diderma.  
 2291. 17. *P. cinereum*, Spr. 25, Syn. Car. 370, Carol. et New York.  
 2292. 18. *P. confluens*, Spr. 23, Syn. Car. 368, nond. Pennsylv.  
 2293. 19. *P. bivalve*, Spr. 24, Syn. Car. 369, elegans, Salem.  
 \*2294. 20. *P. ELEGANS*, L. v. S., rariter inventum Salem—valde distinctum.  
 P. peridiis majusculis aggregatis, densis, subrotundis, difformibus, convexis, superne applanatis, eleganter amethystinis, subrugosis. Sporidiis nigrofuscis, conglomeratis, floccis crassiusculis.  
 \*2295. 21. *P. reticulatum*, Spr. n. 26, specimina optima Salem et Bethl.  
 \*2296. 22. *P. VERMICULARE*, L. v. S., rarius in cortice, Carolina.  
 P. minus, vermiculare, subreticulatum serpens, teres. Peridiis glabris badiis. Floccis raris. Sporidiis lutescentibus.  
 \*2297. 23. *P. EFFUSUM*, L. v. S., longe lateque effusum in pulvere vaporario, Salem.  
 P. peridiis longitudinaliter serpentibus reticulatis, aut omnino late effusis, candidis, fere membranaceis. Floccis et sporidiis crebris nigrescentibus. Peridiis valde applanatis.  
 \*2298. 24. *P. LUTEO-VALVE*, L. v. S., in stipitibus dejectis rarius, Carolina.  
 P. lobato-difforme, convexum, subconfluens. Peridiis extus aurantio-splendentibus, quasi compressis, bivalvibus. Sporidiis flavissimis.  
 \*2299. 25. *P. ATRUM*, L. v. S., mense Decembri in cortice rarissime, Bethl.  
 P. sessile, oblongum aut subdifforme, aggregatum, extus nigrum aut subcinerascens; peridiis glabriusculis sed eleganter reticulatis. Sporidiis atris, floccis raris candidis interspersis, compactioribus. Majus P. cinereo cui affine.  
 \*2300. 26. *P. POLYAEDRON*, L. v. S., in antiquissimis truncis Juglandinis, Bethl.  
 P. gregarium ac subparsum. Peridiis majusculis, nigro-fuligineis, absque splendore, subhemisphae-

ricis, exacte pentagonis, lateribus nempe planis, rugosis; tandem quasi stellatim rupta parte inferiori, persistente. Tum Actinodermium minutum refert. Sporidiis nigro-fuliginis; floccis compactis concoloribus interspersis.

2301. 27. *P. CAESPITOSUM*, L. v. S., pulcherrimum. In foliis et stipitibus Rhododendri, Bethl.  
*P.* substipitatum aut saltem basi attenuata, caespitosum crescens et sparsim. Caespitulis 3 linearibus; peridiis stipatis, turbinatis, ovatis, basi contracta, membranula exteriori luteo-squamulosa aut punctato-squarrosula. Sporidiis nigro-brunneis; Floccis citrinis inspersis.

### Genus 107. LEANGIUM.

2302. 1. *L. floriforme*, Spr. Cionium, p. 529, n. 6, Syn. Car. 362, vastissimis gregibus vulgare occurrit iu truncis, Bethl.  
 \*2303. 2. *L. vernicosum*, Spr. Leocarpus, p. 526, n. 1, passim in Bethlehem ad stipites.  
 \*2304. 3. *L. STIPATUM*, L. v. S., in ligno cariosissimo, Bethl. rarius.  
*L.* peridiis flexuosim erectis, dense stipatis, longissimis, teretibus; caespites unciales efformantibus ex sese incumbentibus peridiis, amoene incarnatis. Membrana peridiorum fragillima, glabra. Stipites brevissimi tenues, distantes concolores adsunt, sed primum peridia conglomerata sessilia videntur. Sporidiis concoloribus, interspersis floccis vagis crebris, rubro-incarnatis, demum subfuscescentibus.

### Genus 108. CRATERIUM.

- \*2305. 1. *C. vulgare*, Spr. p. 525, n. 1, Carolina rarissime.  
 2306. 2. *C. leucocephalum*, Sp. n. 3, Syn. Car. 394, Arcyria, Salem.  
 \*2307. 3. *C. FLORIFORME*, L. v. S., in lignis cariosis ex New York communicavit Dr Torrey.  
*C.* fasciculatum, stipitatum stipitibus coalitis in unum longissimum, fusco-nigrum, fasciculo peridiorum obovatorum nigrorum coronatum. Floccis et sporidiis rubro-lateritis.  
 \*2308. 4. *C. PORPHYRIUM*, L. v. S., in lignis cariosissimis provenit, Bethl. Ut prius affine est *Trichiae botrytidi*, sic haec *Trichiae rubiformi*.  
*C.* peridiis dense fasciculatis, turbinatis porphyriis, splendentibus; stipitibus brevissimis in massam crassam basilarem connatis. Sporidiis et floccis subelastice expansis, rubris. Format caespites elongatas.

### Genus 109. PERICHAENA.

2309. 1. *P. circumscissa*, Lica Sprgl. p. 524, n. 2, Syn. Car. 419, et frequens Pennsylv.  
 \*2310. 2. *P. MARGINATA*, L. v. S., rarissime inventa in ramis Carolinae.  
*P.* peridiis sessilibus, approximato-confluentibus, circumscissis, polyaedris, inferiori parte quasi pyxidem efformante, margine prominente, cujus operculum pars superior applanata, minor. Colore externo griseo-albido. Pulverulentum. Floccis raris cum sporidiis luteis. Post occasum operculorum, pyxides apertae, fundo spadiceo relinquuntur, magnitudine seminis Papaveris.  
 \*2311. 3. *P. VAPORARIA*, L. v. S., non rara Bethlehemensis, in pulvere vaporario.  
*P.* minuta, circumscissa; peridiis sparsis, fuscis, difformibus submarginatis, applanatis. Sporidiis crebris—floccis raris flavissimis.

### Genus 110. LICEA.

2312. 1. *L. fragiformis*, Sprgl. p. 524, n. 9, Syn. Car. 419, et Bethl.  
 2313. 2. *L. fallax*, Sp. n. 10, *effusa*, Syn. Car. 420, et Pennsylv.  
 2314. 3. *L. variabilis*, Sp. n. 4, Syn. Car. 418, frequens etiam Bethl.  
 \*2315. 4. *L. flexuosa*, Sp. n. 7, frequens ad truncos, Bethl.  
 \*2316. 5. *L. pusilla*, Sp. n. 8, et Salem et Bethl. passim obvia.  
 \*2317. 6. *L. MACROSPORA*, L. v. S., in peponibus putridis effusa, Bethl.

- L. effusa*, difformis, confluens, lenticularis et globosa, applanata, interdum reticulata. Peridiis cinereo-albidis. Sporidiis majusculis nigris, floccis parcissimis interspersis. Longe lateque serpit.
- \*2318. 7. *L. EPIPHYLLA*, L. v. S., rarissime occurrit in foliis dejectis, Bethl.
- L. valde varia*, globosa, subrotunda, sed plerumque teres, elongata, serpula aut vermicularis. Peridiis convexis nigris, subgrisescentibus. Sporidiis nigris, creberrimis interdum fusciscentibus.
- \*2319. 8. *L. NITENS*, L. v. S., rarius in cortice dejecto observata, Bethl.
- L. gregaria*, spadicea, nitens, subrotunda, teres aut varia, semper convexa. Sporidiis crebris lutescentibus. Superficie glaberrima. Minor.

## Tribus 4. TRICHIACEI.

## Genus 111. TRICHIA.

2320. 1. *T. Botrytis*, Spr. p. 530, n. 1, Syn. Car. 383, et. Bethl.
2321. 2. *T. rubiformis*, Sp. n. 2, Syn. Car. 384, frequens, Bethl.
- \*2322. 3. *T. MINIATA*, L. v. S., affinis priori, sed dimidio minor et colore alieno, sub cortice, Bethl.
- T. brevissime stipitata*, fasciculata; peridiis invicem arcte stipatim adpressis, oblongo-pyriformibus, tenuibus ac fragillimis, rubro-miniatis. Capillitio (cum Sporidiis) miniato, non valde expandente. Fasciculi parvi—stipites vix coaliti.
2323. 4. *T. fallax*, Spr. n. 3, Syn. Car. 385, frequens et in Pennsylv.
2324. 5. *T. clavata*, Sp. n. 4, Syn. Car. 386, in Juglandibus, Pennsylv.
2325. 6. *T. nigripes*, Spr. n. 5, Syn. Car. 387, rarior; etiam in Pennsylv.
2326. 7. *T. ovata*, Sp. n. 6, Syn. Car. 388, ubique frequens sub cortice.
2327. 8. *T. olivacea*, Sp. n. 7, Syn. Car. 389, et frequens in Pennsylv.
2328. 9. *T. nitens*, Sp. n. 9, Syn. Car. 390, et in Pennsylv.
2329. 10. *T. varia*, Sp. n. 10, Syn. Car. 391, frequens et in Pennsylv.
- \*2330. 11. *T. PUNCTULATA*, L. v. S., ad ligna cariosa rarior, Bethl.
- T. sparsa*, subrotundo-globosa, subsessilis, tamen podetio elevato crasso. Peridio olivaceo quasi punctulato. Capillitio cum sporidiis luteo. Minuta.
2331. 12. *T. serpula*, Sp. n. 11, Syn. Car. 392, frequens et Bethl.
2332. 13. *T. reticulata*, Sp. n. 12, Syn. Car. 393, etiam frequens ibid.
- \*2333. 14. *T. ANGULATA*, L. v. S., frequens in libro corticali interno decedentis corticis trunci Fraxini dejecti in montibus Lehigh prope Bethl.
- T. sessilis*, gregaria, longe lateque insuper membranulam (ut *T. ovata*) crescens. Peridiis adpressis invicem, variis, saepissime angulatis, superficie nitida sed subrugulosa, luteis; demum plerumque trifariam aut stellatim ruptis. Capillitio parco lutescente—cum sporidiis concoloribus.
- \*2334. 15. *T. DIFFORMIS*, L. v. S., in lignis carie emollitis Juglandis nigrae Manakes, Bethl.
- T. sessilis*, basi tamen attenuata, gregaria, interdum acervis minoribus subconfluens. Peridiis variformatis, minoribus saepe compressis, subflexuosis, apice autem semper convexo; flavo-ferrugineis splendentibus, irregulariter ruptis. Capillitio lateritio, non valde prosiliente.

## Genus 112. ARCYRIA.

2335. 1. *A. flava*, Sprgl. p. 530, n. 1, Syn. Car. 395, et. Pennsylv. et N. York.
2336. 2. *A. cinerea*, Sp. n. 2, Syn. Car. 397, frequens in Pennsylv.
2337. 3. *A. incarnata*, Sp. n. 3, Syn. 398, ibid.
2338. 4. *A. punicea*, Sp. n. 7, Syn. Car. 399, non rara et Pennsylv.
2339. 5. *A. LUTEA*, L. v. S., Syn. Car. 396, Spr. n. 4, nondum in Pennsylv.
2340. 6. *A. GLOBOSA*, L. v. S., Syn. Car. 400, Spr. n. 5, frequens in involucris Castaneorum etiam in Pennsylv.
- \*2341. 7. *A. MINOR*, L. v. S., affinis *A. incarnatae* in lignis mollibus, Bethl.



A. stipitibus basi incrassatis, subnigrescentibus, longiusculis. Cupula, aut parte inferiori peridii persistente, lata, membranacea manifestim extus venosa. Capillitio breviori saepe apice operculato frustulo peridii superni. Peridio ceterum longitudine stipitis, subconico. Sporidiis, cum toto fungo, incarnato lateritiis. Sparsim crescit.

## Genus 113. DIACHAEA.

2342. 1. *D. leucostyla*, Spr. p. 532, St. n. 3, Syn. Car. 401, frequens etiam Pennsylv. Saepe in graminibus.

## Genus 114. STEMONITIS.

2343. 1. *S. typhina*, Sp. n. 1, Syn. Car. 402, vulgaris in Pennsylv.

2344. 2. *S. fasciculata*, Sp. n. 2, Syn. Car. 403, ibid. vulgaris.

2345. 3. *S. tubulina*, Sp. n. 4, Syn. 404, et in Pennsylv.

2346. 4. *S. physarioides*, Sp. n. 7, Syn. Car. 405. Frequens ibid.

2347. 5. *S. ovata*, Sp. n. 6, Syn. Car. 406, in Thelephoris exsoletis passim mihi obvia in Pennsylv.

2348. 6. *S. papillata*, Sp. n. 5, Syn. Car. 407, Philadelphii inveni.

\*2349. 7. *S. MAXIMA*, L. v. S., insuper pileos exsoleti Polypori magnis plagis effusa, Bethl.

*S. caespitosa*; membrana stromatica late effusa, crassiuscula fuscopurpurea, saepe decedente. Stipitibus nigris satis crassis segregatis, sed convergente-inclinatis, 3 lin. longis. Capillitiis longissimis, semiuncialibus, non inter se coalitis sed densim fasciculatis subflexuosis fusco-ferrugineis. Sporidiis creberrimis concoloribus.

\*2350. 8. *S. DIGITATA*, L. v. S., lignis cariosissimis Carolinae et Pennsylv. frequens.

*S. sparsa*, majuscula. Stipites quasi ex pluribus coalitis, formantur, crassi, basi incrassata, fusciscentes, et coronantur fasciculo digitatim pendente peridiorum 3—6, cylindrico-ovatorum, paulo breviorum stipitibus. Capillitio cinereo; sporidiis copiosis concoloribus.

\*2351. 9. *S. CRYPTA*, L. v. S., rarior mihi obvia in fissuris trunci cariosissimi, Nazareth.

*S. in membranula stromatica tenui sparsim stipites filiformes subdecumbentes et tamen rigidiusculi observantur, fere ad basin capillitio, laxim contexto, longo, circumvoluti—peridio facillime evanescente et tantum in junioribus observando. Sporidiis majusculis substipitatim adhaerentibus capillitio, colore fuligineo purpurascenti. Demum copiosim sparsa inquinant lignum.*

## Genus 115. DICTYDIUM.

2352. 1. *D. microspermum*, Spr. 531, n. 2, Syn. Car. 409, et. Pennsylv.

\*2353. 2. *D. splendens*, Sp. n. 3, ad ligna cariosa, Bethl.

2354. 3. *D. venosum*, Sp. n. 4, Syn. Car. 410, et in Pennsylv.

2355. 4. *D. cernuum*, Sp. n. 1, Syn. Car. 408, frequens Bethl.

## Genus 116. CRIBRARIA.

2356. 1. *C. purpurea*, Sp. 530, n. 1, Syn. Car. 412, et. Pennsylv.

2357. 2. *C. macrocarpa*, Sp. n. 4, Syn. Car. 411, et in Ohio ad terram.

\*2358. 3. *C. rufescens*, Sp. n. 2, in viis sylvestribus ad terram cum priori Gnadenhutten, Ohio.

2359. 4. *C. argillacea*, Sp. n. 5, Syn. Car. 413, nondum Pennsylv.

2360. 5. *C. vulgaris*, Sp. n. 6, Syn. Car. 414; rarior et in Pennsylv.

2361. 6. *C. tenella*, Sp. n. 7, Syn. Car. 415, et in lignis cariosis Pennsylv.

2362. 7. *C. MINUTISSIMA*, L. v. S., species vix nudo oculo distinguenda, sed valde memorabilis, inventa Carolinae et Pennsylv. lignis cariosis, ob fungum alium lente subjectis—passim.

C. Cupula sporangii fere globosa, apice contracto, unde expanditur reticulum globosum, diametro cupulam excedens, valde regulare, colore nitido-brunneo. Sporidiis luteo-brunneis. Stipite gra-

cili, filiformi, sublongo, fusco. Pupula peridii persistens cum reticulo sporidifero imposito, refert figuram 8.

*Nota.*—Fungillus saepius mihi obviam factus est in Pennsylvania, minutus, candidissimus, qui tamen vix unquam rite explicatus fuit, de quo dubiosus sum an ad genus *Cirrholum*, Sys. Veg. F. p. 144, pertineat, icone Martii in viso. Ulterius de hoc inquirendum. Ceterum et in Pennsylvania multo plures species fungillorum hujus familiae eruendae sunt—nisi vigere solerent sole tam torrido, ut jam observatum p. 32 Synopseos Fungorum Carolinae.

## ORDO III. TRICHODERMACEI.

### Tribus 1. AETHALINI.

#### Genus 117. SPUMARIA.

2363. 1. *S. Mucilago*, Spr. p. 532, n. 1, Syn. Car. 360, non Pennsylv.

\*2364. 2. *S. LICHENIFORMIS*, L. v. S. Fungus ex distinctissimis, an Generis novi? Rarius occurrit, sed ubi adest, magna copia in cortice truncorum dejectorum Robiniae, Bethl.

*S. plagis*, 1—2 uncialibus determinatim effusus super corticem, omnino e longinquo Lichenem crustuosum referentibus. Propius examinata ex peridiis rotundatis turbinatis, difformibusque satis elevatis, basi communi emanantibus, singulis magnitudine seminis Cannabis, constare patefit. Peridiis cellulosis, extus floccosis, albo-cinereis; intus repletis sporidiis coacervatis aterrimis, filis raris albis interstinctis.

#### Genus 118. ENTERIDIUM. Syst. Veget. F. p. 146.

365. 1. *E. CINEREUM*, L. v. S., rarius insuper putridas herbas effusum, Bethl. An hujus generis, cui tamen valde simile aut *Lignyidium*?

*E.* longe lateque effusum, varie contortum et non inapte referens congeriem intestinorum, serpens, hinc inde reticulatim confluens, serpulis semper applanatis. Cortice peridii membranaceo, firmo crassiusculo, candido. Sporidiis atro-fuligineis, membranulis albis crebris, demum filamentosis, interspersis. Superficie plicato-rugosa. Ad pedalem longitudinem effusum inveni.

#### Genus 119. PITTOCARPIUM, Lk.

\*2366. 1. *P. flavum*, Lk. et Syst. Veg. F. p. 146, passim in truncis Bethl. An rite evolutum?

#### Genus 120. AETHALIUM.

2367. 1. *A. flavum*, Sprgl. p. 533, n. 1, Syn. Car. 557, et Pennsylv.

2368. 2. *A. candidum*, Sp. n. 3, Syn. Par. 559, nond. Pennsylv.

2369. 3. *A. violaceum*, Sp. n. 2, Syn. Car. 556, ad truncos etiam frequens in Pennsylv.

2370. 4. *A. vaporarium*, Pers. Synops., Syn. Car. 558, frequentissimum in Vaporariis et Pennsylv.

Cur Sprengelius omisit fungum notissimum vulgo nomine "Flos vaporarii" notum nescio.

\*2371. 5. *A. muscorum*, L. v. S., Conspectus. Passim in muscis Carolinae.

\*2372. 6. *A. FERRENCOLA*, L. v. S., satis affinis *R. rufae*, sed peridio exteriori multo flocciosori. Differt etiam magnitudine et loco, nam, mirabile dictu, in Ferro recenter ex igne sumpto, mihi obviam factum. Salem Carolinae.

- A. peridiis majusculis, uncialibus, tractu longitudinali saepe confluentibus, pulvinatis, extus rufo-floccosis, membrana basilari e floccis contexta latius effuso, quam ipse peridium pulvinatum—Sporidiis creberrimis purpureo-fuligineis. Strata interseptantia membranacea candida sunt.
- N. B. Sequens historia memorabilis hujus fungi. Faber Salemitanus, vir literarum non expers, frustum ferri jam malleo et igne ad opus quoddam praeparatum, subito aliunde vocatus, ex manu dejiciebat, sero tempore diei. Mane postero rediens, obstupuit in hoc frustra ferri, transversim jacente insuper receptaculum aquae, quod more fabrorum in promptu fuit, longam seriem Fungi cujusdam per noctem ortam observans, sibi omnino ignoti. Statim puerum misit me ad examen excitandum, ferro non ex loco remoto. Aequè miratus sum, loco tam inopinato, distinctam speciem Aethalii invenire. Fatendum est, seriem fungorum—bipedalem, sed interruptam, confluentium, demum e ferro in lignum receptaculi aquae uno latere irrepisse, more tali autem, ut apertum fuit ex ferro in lignum, non ex ligno in ferrum expansam. Duodecim horae vix intervenerant post tempus, quo id frustrum ferri in igne et sub malleo fuerat.

Genus 121. RETICULARIA. Fries. Sys. Veg. p. 147.

2373. 1. *R. argentea*, (Lycogala Sprgl. 533, n. 2), Syn. Car. 352, vulgaris et interdum maxima etiam Bethl.
2374. 2. *R. Stronglium*, Sprgl. p. 533, Syn. Car. 351, nondum Pennsylv.
- \*2375. 3. *R. maxima*, Fr. Sys. Veg. pag. citata. Rarius et insignis species in trunco semivivo Castanaeae, Bethl.
- \*2376. 4. *R. applanata*, (Diphtherium Ehrenb.) in cortice et ligno salicino Bethlehem. Fungus distinctissimus.
2377. 5. *R. rufa*, (Fuligo, Syn. Car. 355) rara et Pennsylv.

Genus 122. LACHNOBOLUS. Fries. Sys. Veg. p. 148.

2378. 1. *L. cinereus*, L. v. S., insuper stipites, &c. dejectos effusus, Salem.
- L.* longitudinaliter effusus, stipites ambiens more Spumariae. Peridio tenerissimo fugace candido cinereo, vix continuo sed quasi furfuraceo, adnato capillitio. Basis est hypothallus ut in *L. cribroso*. Capillitio aterrimo basi—versus apicem abiente in intricatim ramosissimos floccos albos. Sporidiis cinereo-nigris minutissimis.

Tribus 2. TRICHODERMEI.

Genus 123. HYPHELIA. Fries. Syst. Veg. p. 149.

- \*2379. 1. *H. rosea*, F. S. V. p. 149, rara Nazarethis in truncis corruptis sub cortice.
2380. 2. *H. dubia*, (Trichoderma dubia Pers. Synops.) Syn. Car. 520, passim et Pennsylv. in foliis dejectis.

Genus 124. OSTRACODERMA. F. S. V. p. 150.

- \*2381. 1. *O. spadiceum*, L. v. S., ramis Mori albae dejectis passim, Bethl.
- O.* membrana peridii satis firma, quasi punctato-granulosa, superficie badio-spadicea; A.  $\frac{1}{4}$  ad 1 uncialem latitudinem attingens. Subrotundum, applanatum, ambitu sublobatum; altitudine aut crassitie vix lineari. Peridium absque ullo vestigio floccosum repletum sporidiis globosis, luteis, pellucidis, et Torulae ad instar articulatim aut moniliformiter invicem adhaerentibus—in aqua autem diffluentibus.

## Genus 125. INSTITALE? F. S. V. p. 150.

- \*2382. 1. *I. MAXIMUM*, L. v. S., an hujus Generis? Fungus interea memorabilis; in Hymenio exsoleti Polypori igniarii in Salice mihi obvius, Bethl.  
 I. 1—2 uncialis, confluens suborbiculatim. Tegumento fibroso-floccoso radiato. Fibris ramosis crassiusculis in membranam albidulam contextis, ipsis rubro fuscis. Sub hoc integumento aut peridio, sporidia copiosa fusco-brunnea aggregata sunt, filis aut floccis interspersis.

## Tribus 3. PILACRINI.

## Genus 126. ASTEROPHORA.

- \*2383. 1. *A. agaricoides*, (Agaricus lycoperdioides Pers.) rarissime in Agaricis putridis Carolinae.  
 \*2384. 2. *A. EFFUSA*, L. v. S., an hujus Generis? certe affinis. Propullans ex rimis corticis Quercus et Juglandis truncorum dejectorum, et primo obtutu initia mentiens Polypori cujusdam. Perfectis et quidem minoribus speciminibus vix  $\frac{1}{6}$  uncialibus manifestim stipitata, in majoribus 1—2 uncialibus —stipes confusus cum peridio, Bethl.  
 A. Peridio extus strigoso-floccoso, imo quasi hydroideo, pallido; floccis nempe subrectis hydroideis, ceterum pulvinato. Stipitibus crassis confusus in lignum corticis penetrantibus. In minoribus rite evolutis, peridium est capitulato-turbinatum, ex stipite albido agaricoideo sese évolvens, minus strigosum. Demum fatiscens in pulverem copiosum lutescentem compactum (congeriem sporidiorum). Onygenis proximum. An *Echyna*, F. p. 152.

## Genus 127. ONYGENA.

2385. 1. *O. equina*, Spr. p. 528, n. 1, Syn. Car. 428. In Pennsylv. hunc fungum optime evolutum et magna copia inveni in unguibus equorum et cornubus Bovum, Bethl.  
 2386. 2. *O. decorticata*, Spr. n. 2, Syn. Car. 429. Nondum in Pennsylv.

## Tribus 4. MYROTHECII.

## Genus 128. DICHOSPORIUM. F. S. V. p. 152.

2387. 1. *D. aggregatum*, (Spumaria physaroides) Syn. Car. 361, rarius in Carolina.

## Genus 129. MYROTHECIUM.

- \*2388. 1. *M. inundatum*, Spr. p. 534, n. 3, in Agaricis putridis, Bethl.  
 \*2389. 2. *M. Carmichaeli*, Sp. n. 1, in herbis putridis, Bethl.  
 \*2390. 3. *M. Verrucaria*, Sp. n. 2, in foliis Cucurbitaceorum putrescentibus, Bethl.

## Genus 130. TRICHODERMA.

2391. 1. *T. viride*, Spr. p. 555, n. 1, Syn. Car. 518, vulgaris ubique ad ramulos.  
 2392. 2. *T. varium*, Spr. n. 2, Syn. Car. tuberculatum 523, et Bethlehemis valde vulgaris ad terram.  
 \*2393. 3. *T. RUBROPALLENS*, L. v. S., ad vetustos Polyporos observatum, Bethl.  
 T. pulvinatum, confluens. Strato peridioso albo, pallido—fatiscente in pulverem sporidiosum rubrum. Affine et evidenter congenerum *T. viridi*.

## ORDO IV. SCLEROTIACEI.

## Tribus 1. RHIZOGONEI.

## Genus 131. PACHYMA.

2394. 1. *P. Cocos*, L. v. S., Syn. Car. Sclerotium solummodo inveni in pinetis Carolinae.

## Genus 132. ANIXIA. S. V. Fr. p. 154.

- \*2395. 1. *A. INTERRUPTA*, L. v. S., in terra ex putrescentibus truncis orta in cavitate, Bethl.  
*A. pallido-carnea*, tuberibus interruptim connexis ad longitudinem uncialem aut biuncialem, tamen faciliter separabilibus. Insidens fibrillulis himantioideis longe repentibus. Superficie lacunosa. Tuberibus  $\frac{1}{4}$  unciali crassitudine, intus albis, cavis.

## Genus 133. RHIZOCTONIA.

- \*2396. 1. *R. BATATAS*, L. v. S., subcorticalis, in terra ex cortice corrupto orta, Bethl.  
*R. uncialis* aut ultra, teres et depressa, flexuosa, sublacunosa, utrinque acuminata; fibrillulis radiceformibus semper ex apicibus emanentibus. Multis tuberibus confluentibus, carneo-albis, intus albis, primum cartilagineo-carnosis, odore forti; demum induratis. Fibrillulis rhizomorphaeis candidis. Exacte referunt, tuberes *Convolvuli Batatas*.
- \*2397. 2. *R. RADICIFORMIS*, L. v. S., locis similibus: ex New York misit Cl. Torrey etiam Bethl.  
*R. multo latior*; tuberibus compresso-plicatis, valde difformibus, saepe elongatis, pallido carnis—unciali longitudine, interdum separabilibus in minores. Fibris himantioideis crassis longe lateque sub cortice repentibus quibus insident irregulariter greges tuberum, radicibus *Iridum* satis similia. Intus albis tuberibus.
- \*2398. 3. *R. HIMANTIA*, L. v. S., locis similibus Carolinae. An status junior prioris?  
*R. fibrillulis crebris rhizomorphaeis*, latis, byssinis cinereis denique pulverulentis, undique emanentibus ex tuberibus difformibus minoribus, tomentoso-involutis, albido-pallidis.
2399. 4. *R. PLACENTA*, L. v. S., rarius sub cortice putridi trunci maximi jacentes insuper excrementa larvarum et cetera latissime expansa. Bethl. in montibus Lehigh.  
*R. fibrillulis ad pedalem longitudinem et latitudinem palmatim radiantibus*, saepe in tenuissimam membranam hymantoideum aut immo arachnoideum interruptim expandentibus. Hinc inde, plus minusve distantia in membrana observantur peridia aut tubercula innata, applanata, difformiter lobata, 1—2 lineari diametro, sed etiam semiunciali aut immo unciali, referentia placentas lobatas subtus planissimas, tenues, tamen applanato-pulvinatas superne, superficie subaequali, minutim subtomentulosas, colore eleganter ex incarnato badio-rufo. Fibrillulis et in membranam contextis et distinctis concoloribus, in ambitu tamen candidis. Tuberibus intus albidis cellulosi, omnino hujus generis—ceterum duris ac etiam in maximis crassitie lineam aut  $1\frac{1}{2}$  lineam non excedentibus. Differt ceteris *Rhizoctonis* quam maxime, tomento denso tenero, quo involutae sunt placentae tuberiformes. Quanquam hic fungus distinctissimus tantum semel mihi obviam factus est, nil dubitandum de eo—quia in arbore ingenti, copia maxima aderat. Elegans membrana fibrillosa, tam delicata, ut vix separabilis quamquam laxissime incumbit quisquiliis subcorticalibus.

## Tribus 2. APIOSPORII.

## Genus 134. CHAETOMIUM.

- \*2400. 1. *C. DOUGLASSII*, L. v. S. Fungus valde memorabilis, affinis *Sphaeriae comatae* in caulibus *Hyssopi anisati* adhuc vigentis, versus radices dense investiens caules, mihi communicavit D. Torrey ex expeditione Capt. Douglass in vicinitate Lacus Huron inventum.  
*C.* tomento olivaceo-virente non intertexto sed floccoso-fastigiato, proveniente undique sed praesertim apice ex peridiis, laxiter tantum caule affixis, majusculis, globoso-ovatis, fragillimis, intus demum cavis, densim aggregatis, nigro-fuligineis, tomento concolori. Fasciculus fastigiatus tomenti assurgit ad bilinearem altitudinem cum peridiis, dimidio minoribus, investientis caules. Peridiis apice aperitiusculis.
- \*2401. 2. *C. TYPHAE*, L. v. S., non rarum in foliis typhinis, Bethl.  
*C.* minutissimum, atrum, punctiforme; pilis tam brevibus involutum, ut vix discernantur nisi lente augmentiori, situm inter nervos folii.

## Genus 135. APIOSPORIUM.

- \*2402. 1. *A. Salicinum*, Kunz. Myc. Hefte, 1, p. 15, longe lateque effusum in trunco *Liriodendri*—vix saltem differt a fungo Kunziano mihi ab ipso benevole communicato, nisi effusione latissima.

## Genus 136. CONIOSPORIUM.

- \*2403. 1. *C. olivaceum*, Link. Dissert. 1, S. V. F. p. 156, ad ligna antiqua.
- \*2404. 2. *C. atrum*, L. v. S., late effusum in interiori latere trunci *Cerasi*, Bethl.  
*C.* peridiis oblongis ovatis, aggregatis; extus e sporidiis subalbo-pulverulentum.
- \*2405. 3. *C. STROBILINUM*, L. v. S., interiori latere squamarum strobilorum *Pini inopis* juxta *Philadelphiam* increscit.  
*C.* densissime aggregatum, maculas effiguratas aterrimas formans, constantes ex innumeris minutissimis linearibus peridiis, paralleliter sed abbreviatim confluentibus. Statu madido subnitent; sicco vix distinguenda singula peridia. Subpulverulentum superficie.

## Genus 137. ILLOSPORIUM.

- \*2406. 1. *I. coccineum*, F. S. V. p. 156, Tubercul. rosea Persoon., in Lichenibus praesertim *Parmeliis*, Bethl. et Salem.
- \*2407. 2. *I. CAESIUM*, L. v. S., in ligno udo decorticato *Juglandis albae*, Nazareth.  
*I.* minutum, difforme, aggregatum, varie lobatum in ambitu. Peridia vix nisi colore caesio-albo nudo oculo perceptibilia saepe confluent. Innumera in liburni rimis sita. Demum fatiscunt. Huc certissime pertinet nec idem cum *Aegerita caesia* nostra.

## Tribus 3. SCLEROTII.

## Genus 138. PERIOLA.

- \*2408. 1. *P. pubescens*, F. p. 267, in ligno putrido Bethl.

## Genus 139. ACINULA.

- \*2409. 1. *A. candidans*, F. p. 267, in foliis dejectis Lauri Borboniae ex Georgia missis, a Cl. Leconte. Multo major videtur quam fungus Friesianus. An nova species.

## Genus 140. PYRENIUM. F. Myc. p. 244, Syst. Veg. F. p. 94, inter Clavatos. Huc pertinet certissime.

2410. 1. *P. terrestre*, F. p. 244, Syn. Car. 530, nec Pennsylvania.  
 \*2411. 2. *P. COLLAE*, L. v. S., in colla indurata mucosa, Bethl.  
*P.* magnitudine seminis papaveris, nidulans in colla et aggregatim aut caespitosim prorumpens, ovato-globosum, incarnato-aurantium, tomento albido subinvolutum. Intus simile. Durum.

## Genus 141. ACROSPERMUM.

2412. 1. *A. compressum*, F. p. 245, n. 1, Syn. Car. *Clav. herbar.* etiam Bethlehemem.  
 \*2413. 2. *A. cornicum*, F. 3, rarius ad ligna Bethl. et in plantarum caule.  
 \*2414. 3. *A. cornutum*, F. 4. In Agaricis rarius Bethl.

## Genus 142. SCLEROTIUM.

\* *Libera*, 1.

2415. 1. *S. complanatum*, F. n. 1, Syn. Car. 311, et. Bethl.  
 2416. 2. *S. scutellatum*, F. n. 2, Syn. Car. 318, et. Pennsylv.  
 \*2417. 3. *S. excentricum*, F. n. 4, rarissime, Bethl. ad stipites.  
 2418. 4. *S. semen*, F. n. 5, Syn. Car. 314, frequens ubique vere.  
 \*2419. 5. *S. vulgatum*, F. n. 6, solummodo Carolina inventum.  
 \*2420. 6. *S. tectum*, F. n. 11, in receptaculis et calycibus Tagetum et Zinniarum Hort. Bethl.  
 2421. 7. *S. fungorum*, F. n. 15, Syn. Car. n. 2 et 4, et. Bethl.  
 \*2422. 8. *S. truncorum*, F. 16, Bethlehem an Rhizoctoria.  
 2423. 9. *S. muscorum*, F. 17, Syn. Car. 308, et. Pennsylv.  
 \*2424. 10. *S. atrovirens*, F. 14, in cortice quercino, Bethl.  
 \*2425. 11. *S. GREGARIUM*, L. v. S., in putrescentibus dejectamentis hortorum, Bethl.  
*S.* minutum, gregarium, interdum etiam sparsum, subglobosum, apice tamen subprominente, et passim deorsum quasi pseudostipite suffultum, aut plerumque sessile, ferrugineo-fuscum, paulisper rugulosum. Juventute subimmersum, albidum. Intus semper albidum. Sextuplo minus *S. semini*.  
 \*2426. 12. *S. NICANDRAE*, L. v. S., in exsoletis capsulis Nicandrae physaloidis, Bethl.  
*S.* spatium, applanato-subpezizoidum, subrotundum aut ambitu angulatum, atrum, medio subumbonatum et corrugatum. Magnitudine paulisper priorem speciem excedens. *S. incluso* non dissimili.  
 \*2427. 13. *S. LIGNATILE*, L. v. S., rarius occurrit in cortice putrescenti, Bethl.  
*S.* magnitudine *S. Seminis* cui simillimum, e globoso-turbinatum, passim substipitatum, primum fuscum, demum nigerrimum, plicato rugosum in superficie. Intus candidissimum.  
 \*2428. 14. *S. MEDULLARE*, L. v. S., loco inopinatisimo, videlicet in cavitate medullari caulium praesertim Phlogis undulatae hortis nostris emortuorum sed non putridium et adhuc stantium, locum medullae occupans, Bethl.  
*S.* magnum, ad unciam longitudinem nempe interdum protractum, sed saepe multo minus, interruptum, cylindricum aut difformiter lobatum, pluribus arcte invicem longitudinaliter arcte adpressis. Cortice externo fungi nigro, tuberculoso, et ime sulcato-striato. Intus albido-pallidum. Crassitiem pennae anserinae attingit. Specimina quidem cylindrica, semper subcontorta et proximis articulatim quasi adpressa.  
 \*2429. 15. *S. RENIFORME*, L. v. S., in interiori latere corticis fraxinei rariter, Bethl.

S. minutum, lineam vix excedens, liberum, reniforme valde convexum, ex lutescenti-rufum, aggregatum, exsiccatum corneum. Superficie corrugata. Intus simile, sed demum subfatiscentis centro.

\* *Libera*, 2.

- \*2430. 16. *S. pubescens*, F. n. 20, in Agaricis non freq. Bethl.  
 \*2431. 17. *S. floccipendulum*, F. n. 21, super folia dejecta, Bethl.  
 \*2432. 18. *S. stipatum*, F. n. 22, specimina nostra in trunco Liriodendri putridissimo inventa, majora sunt et tam propinqua Myriococ. ut vix dubitandum ad hoc genus amandanda.  
 \*2433. 19. *S. strobilinum*, F. n. 23, in Strobilis Pini, Bethl.

\*\* *Erumpentia*.

- \*2434. 20. *S. immersum*, F. n. 25, in maximo caule Bethl.  
 \*2435. 21. *S. sanguineum*, F. n. 27, an Perisporium? In foliis Iridis virginicae vulgaris, Bethl.  
 \*2436. 22. *S. rugulosum*, F. n. 29, non rarum in Merulio tremelloso, Bethl.  
 \*2437. 23. *S. Circaeae*, F. n. 34, in foliis Circaeae non infrequens, Salem ac Bethl.  
 \*2438. 24. *S. Tragopogi*, F. 32, ad ignotas Caules in hortis, Bethl.  
 \*2439. 25. *S. GALLARUM*, L. v. S., in Gallis cynipum exsoletis Quercor. Bethl.  
 S. erumpens, cinctum cortice gallarum, plerumque caespitosum, sed etiam simpliciter, subrotundum aut difforme. Extus nigrum, superficie valde rugulosa ac inaequali; intus solidum pallidum; ceterum valde minutum. Non infrequenter elongatum imo stellatum gregatum erumpit. Cortice gallae saepe squamulatum persistente in tuberculis.  
 \*2440. 26. *S. HYSTERIFORME*, L. v. S., in foliis Yuccae filamentosae cultae, Bethl. rarissime.  
 S. erumpens, demum omnino liberatum, simplex, elongatum, utrinque acuminatum, convexo-applanatum, satis elevatum, longitudine lineari, atrum, superficie longitudinaliter substriata, subtuberculosa. Convexo-connivens. Intus albidum.  
 2441. 27. *S. APPLANATUM*, L. v. S., in epidermide glabrata ramorum Castaneorum, Salem.  
 S. orbiculatum, ambitu sublobatum, vix erumpens, sed potius insidens epidermide, effuso-applanatum, 2 lineari diametro; superficie rufo-fusca, corrugato-punctulata. Intus subgrumosum, fuscum. Margine in ambitu, demum subinflexo.

\*\*\* *Subadnata*.

2442. 28. *S. OROBANCHES*, L. v. S., Syn. Car. 322, F. 37, et. Pennsylv.  
 2443. 29. *S. varium*, F. 38, Syn. Car. 313, rarius in Brassicae caule et Pennsylv.  
 \*2444. 30. *S. pyrinum*, F. 39. In pomis putridis, Bethl.  
 \*2445. 31. *S. compactum*, F. 40, in caulibus Elichrysi culti, Bethl.  
 2446. 32. *S. durum*, F. 42, Syn. Car. 310, et in Pennsylvaniae caulibus. In Euphorbia marginata Hortorum inveni specimina maxima, optima.  
 \*2447. 33. *S. Brassicae*, F. 43, in foliis Brassicae, Bethl. No. 312, Syn. Car. perperam huc. Est sequens.  
 2448. 34. *S. LILIORUM*, L. v. S., (Syn. Car. 312, Brassicae) frequens in exsoletis caulibus Liliorum, Salem et Bethl.  
 S. epidermide tenui, primum tectum, varium et oblongum, crassiusculum, applanatum, nigrum, demum nigro-striatum, abbreviatum et utrinque subacuminatum. Intus album.  
 \*2449. 35. *S. bullatum*, F. 41, sub epidermide Artemisiae Absinthii in Hortis Bethl. Intus album.  
 2450. 36. *S. Pustulla*, (S. quercinum) F. 47, Syn. Car. 317, et. Pennsylv.  
 \*2451. 37. *S. convexulum*, L. v. S., affine S. duro, sed non tectum. In nodis caulium Angelicae lucidae, Bethl.  
 S. majusculum, convexum, ovatum, difforme, applanato-depressum, nigro-fuscum, interdum confluentis; 2 lineas latum et longum. Superficie quasi subconcentrice rugosa. Intus ex albedo-cinereum.  
 \*2452. 38. *S. DIFFORME*, L. v. S., in junioribus ramulis aut stipitibus putridis rarius, Bethl.  
 S. difformiter elongatum; primum tectum, confluentis, durum,  $\frac{1}{2}$  unciali longitudine, satis elevatum, demum superficie undulata et striata, nigro-fuscum, aut nigro-cinereum. Intus candidum. Specimina minima 1—2 lin. diametro saepe elongato-ovata valde convexa.  
 \*2453. 39. *S. PETIOLORUM*, L. v. S., in petiolis Rhois glabri. Bethl. non rarum.  
 S. elongato-ovatum, fere innatum, primum epidermide tenui tectum, demum atronitens, superficie



semper depressa et inde quasi marginatum, subtuberculatum. Lineam vix excedens. Intus fuscum grumosum.

- \*2454. 40. *S. ANEMONES*, L. v. S., in foliis subviridibus *Anem. virginicae*. Bethl.  
*S.* majusculum lineam longitudine excedens, saepe confluens, subrotundum, bullatum, superficie inaequali lacunosa, brunneo-fuscum, situm in aversa pagina folii, macula orbiculata impressa in superiori. Intus lutosa demum fuscens.
- \*2455. 41. *S. AESCULI*, L. v. S., in putridis *Involucris Aesculi glabri*, Bethl.  
*S.* erumpens (nunquam tectum) ex epidermide *Involucrorum* frustulatim decedens, deorsum ab epidermide cinctum, globoso-difforme, subapplanatum, nigrum. Superficie ruguloso-plicata. Intus simile album. Aetate fere liberum fit, tantum basi affixum. Magnitudine lineari.
- \*2456. 42. *S. ERUMPENS*, L. v. S., in aversa pagina foliorum *quercinorum*, Bethl.  
*S.* primum punctiforme, subimmersum; tum erumpens folio cinctum, disco subimpresso, fulvo-nigriscans; demum subexpansum, nigrum, corrugatum, tenue, disco manifestius impresso, confluens, applanatum, tamen vix magnitudine lineam excedens. Passim occurrit in folio inde sublineolatim nigro-punctato.

\*\*\*\* *Xyloma.*

2457. 43. *S. populinum*, F. 52, Syn. Car. 320, freq. et Pennsylvania praesertim in foliis *P. moniliformis*.
- \*2458. 44. *S. PLATANI*, L. v. S., affine priori, sed multo minus in foliis *Platani*, Bethl.  
*S.* innatum, aggregato-caespitosum, minutum, varium, tuberculatum, e fusco nigrum.
- \*2459. 45. *S. SASSAFRAS*, L. v. S., maculis fuscis lato expansis insidens in foliis, *Sassaf. ibid.*  
*S.* innato-insidens, aggregatum in macula, angulatum difforme aut orbiculatum, semper depressum et quasi marginatum, superficie rugulosa, fusca demum nigra.
- \*2460. 46. *S. herbarum*, F. 55, apud nos in Pennsylvania praesertim in *Solidaginibus*, Bethl.
- \*2461. 47. *S. FUSCO-MACULANS*, L. v. S., in aversa pagina foliorum *Sassafras*, Bethl.  
*C.* innatum, maculis brunneo-fuscis, difformibus ad tres lineas longas et latas, subeffiguratum. Demum pustulas eleviores, nigro-fuscas, subcorrugatas, semilineares efficiunt.
- \*2462. 48. *S. LAURICOLA*, L. v. S., frequens in foliis dejectis *Lauri aestivalis*, Bethl. Rite evolutum occurrit in petiolis, aut in nervo medio—in ipso folio effusum maculatim et confusum.  
*S.* in petiolis et nervo, nigrum, subtectum, innatum, minutum, regulare, subrotundum. Superficie punctulata. Intus albido-fuscum. In foliis ipsis nigro-fuscens, maculatim effusum tenuissimum—ad diametrum, 2 linearem extensum.
- \*2463. 49. *S. FRUSTULATUM*, L. v. S., dubii generis? sed frequens in foliis *quercinis*, Bethl.  
*S.* impresso-innatum, primum tectum, in aversa pagina situm, maculare, nigrum; demum frustulatim ruptum. Intus fuscens. Varie confluens, saepe excedens diametrum bilinearem.
- \*2464. 50. *S. PRUNORUM*, L. v. S., in foliis *Pruni serotinae* et *virginicae* dejectis, Bethl.  
*S.* sistens maculas difformes, confluentes, fuscas, subeffigurate in pagina superiori; in aversa observantur pustulae subrotundae elevatae innatae semipellucidae luteofuscae, siccitate subcorneae, corrugatae, semilineares, plures aggregatae in eadem macula, cinctae margine spurio subelevato, ex substantia folii.

Genus 143. *DRYOPHILUM*, L. v. S., *Novum Genus*, an hujus loci? *Peridium pezizaemorphum*, sed omnino clausum, sessile aut papilla basilari stipitatum et folio affixum. Intus simile album. Extus vestitum cortice duriusculo.

- \*2465. 1. *D. PEZIZOIDEUM*, L. v. S., in foliis vegetis *Quercus Banisteri* et aliorum praesertim in montibus e. g. *Mauch Chunk Coal mine*. Etiam ex Georgia communicavit *Leconte*.  
*D.* sparsum, cupulis 2—3 linearibus, orbiculatis, papilla basilari affixum, disco ime depresso nigrescenti. Cortice externo fibris crassiusculis densis arcte adpressis subtus albidis tecto, margine et extus eleganter spadiceo-sericeis.
- \*2466. 2. *D. UMBONATUM*, L. v. S., etiam in folio querno communicavit *Leconte* ex Georgia.  
*D.* sparsum, minus, folio subinnatum, cortice exteriori non fibroso sed glabro, ex rufo splendente spadiceo. Disco in umbonem elevato. Vix lineam excedens diametro.

## Genus 144. SPERMODERMIIUM.

In decorticatis ramulis Mori albae adhaerens fibris epidermidis aut corticis, Bethl.

\*2467. 1. *S. RUFUM*, L. v. S.

*S. minutum*, ovato-oblongum aut potius elongatum, aut difforme, sparsum ac confluens, tenue, luteo-rufum, 1—2 lin. longum, semilineam latum. Intus pallidum. Primum molle, demum duriusculum. An Sclerotium? Certissime non Sphaeriae conceptaculum, v. Fr. Sys. Veg. p. 159.

## Genus 145. SPERMOEDIA.

\*2468. 1. *S. Clavus*, F. p. 268, n. 2, rarius in frumento Pennsylv. Vulgo anglice audit "Ergot." Morbositas.

## Tribus 4. PERISPORII.

## Genus 146. ERYSIPIE (Alphitomorpha). Link. Syst. I.

- \*2469. 1. *E. fuliginea*, Link. Syst. Lin. p. 102, n. 3. Frequens in Sanguisorba canadensi, Bethlehem. An eadem cum fungo europaeo? Habitus videtur alienus a speciminibus nostris europaeis in Veronica-spicata.
- \*2470. 2. *E. labiatarum*, Link. loco citato n. In Veronica serpyllifol. passim Bethl.
- \*2471. 3. *E. depressa*, Lk. n. 13, in foliis Silphii, Nazareth hort.
- \*2472. 4. *E. tortilis*, Lk. n. 14, in foliis variis Corni, &c. Bethl.
- \*2473. 5. *E. divaricata*, Lk. n. 17, in foliis Alni undulati prope Meadville in Pennsylv. occidentali.
- \*2474. 6. *E. communis*, Lk. n. 3, var. *graminum*, freq. Bethl.
- \*2475. 7. *E. orbicularis*, Lk. n. 21, in foliis Castaneorum, ibid.
2476. 8. *E. guttata*, Lk. n. 22, Syn. Car. 315, Sclerotium erysiphe in foliis Coryli, Salem et Pennsylv.
- \*2477. 9. *E. obtusata*, Lk. 2, frequens in foliis Salicum, Bethl.
- \*2478. 10. *E. betulina*, Ignoto auctore. Specimina sub hoc nomine exacte nostris congrua ex Germania, et Bethl.
- \*2479. 11. *E. DENSISSIMA*, L. v. S.  
 N. B. Et in americanis regionibus multae occurrunt species primo obtutu distinctae, sed difficiliter plerumque verbis diagnosticis describendae. Sequentes mihi innotuerunt praestantiores ac, loco adhibito, facilius distinguendae, quarum prima,  
*E. densissima* jam citata rarius in foliis quercinis, Bethl.  
*E. Hyphasma densissimum* tomentum filamentoso-himantioideum, filis robustis, eleganter orbiculatim effiguratum sistit, a semi-uncia ad duas uncias effusum, filis candido-lacteis intertextis in ambitu subradiantibus. Sporangia globosa, nigro-fusca, crebra.
- \*2480. 12. *E. LIRIODENDRI*, L. v. S., in foliis dejectis Liriodendri non vulgaris, Bethl.  
*E. Hyphasma densus lacteum*, filis intertextis radiantibus maculas efficiens minores, vix  $\frac{1}{4}$  unciales, orbiculatim aut effiguratim effusas. Sporangii aggregatis fusco-nigris in centro, deciduis.
- \*2481. 13. *E. GERARDIAE*, L. v. S., rara, sed distinctissima in foliis Gerardiae quercifol. Salem.  
*E. Hyphasma e sulphureo-olivaceum*, filis tenuissimis efficit maculas irregulariter effusas minores, interdum subeffiguratas, confluentes. Sporangiola, absque capillitio gregaria in hyphasmate, globosa, demum pezizoidea nigro-fusca. Floccis hyphasmatis primo juventute epidermide folii tectis, demum nudis.
- \*2482. 14. *E. CEANOETHI*, L. v. S., frequens in foliis Ceanothi pagina superiori, autumno Bethl.  
*E. Hyphasma candidum*, filis vix lente distinguendis, farinae ad instar indeterminatim in foliis effusum. Sporangii minutis immersis nigro-nitidis.
- \*2483. 15. *E. VIBURNI*, L. v. S., in foliis Viburni prunifolii, Bethl.  
*E. Hyphasma effusum*, maculas efficiens majores aut minores lacteas, floccis crassiusculis intricatis, subeffiguratas. Sporangiola lutea, demum fusca aut nigra sphaerica, et collapsa, superficie subrugosa.

- \*2484. 16. *E. AMBROSIAE*, L. v. S., vulgatissima autumnum in foliis Ambrosiarum, Bethl.  
E. Hyphasma candidum, tenuissimis floccis vix distinguendis, indeterminatim latius effusum in toto folio. Sporangiolis sphaericis, fuscis nigrisque, raris, capillitio majoribus.
- \*2485. 17. *E. VERBENAE*, L. v. S., vulgatissima sero autumnum in foliis Verbenae urticifoliae, Bethl.  
E. Hyphasma laxissimum indeterminatim effusum, maculas tamen efformans confluentes et subdeterminatas candidas. Floccis intertextis brevibus. Sporangiolis destitutis capillitii fuscis nec nigris, rugosis, deciduis.
- \*2486. 18. *E. QUISQUILIARUM*, L. v. S., super folia caulesque variarum herbarum dejectarum inter quisquillas horti, Bethl.  
E. Hyphasma indeterminatim effusum, albedo-virens, floccis intricatis. Capillitio parco. Sporangiolis crebris rugosis, nigris, globosis.
- \*2487. 19. *E. PHLOGIS*, L. v. S., non rara in foliis Phlogis undulatae Hortorum, Bethl.  
E. Hyphasma albo-cinereum, maculas efficiens subindeterminatas aut orbiculatas. Floccis laxis intricatis. Sporangiolis minutissimis in hyphasmate subimmersis.
- \*2488. 20. *E. SYRINGAE*, L. v. S., in foliis Syringae et Cydoniae Hortorum, Bethl.  
E. Hyphasma tenuissimum candidum laxè et indeterminatum effusum—floccis vix distinguendis singulis. Sporangiolis sparsis, minutissimis, fuscis et nigris.
- \*2489. 21. *E. ASTERUM*, L. v. S., frequens in foliis languescentibus Asterum, praesertim Asteris paniculatae, Bethl.  
E. Hyphasma tenue, album, laxum, indeterminatim effusum. Sporangiolis suffultis brevi capillitio, nigris.
- \*2490. 22. *E. CHELONES*, L. v. S., vulgatissima autumnum in foliis Chelones, Bethl.  
E. Hyphasma crassiusculum albidum, demum pallidum orbiculatim effiguratum, floccis radiantibus subpulverulentis. Sporangiolis nigris centro aggregatis.
- \*2491. 23. *E. VACCINII*, L. v. S., in foliis Vaccinii pennsylvanici, Berks County, Pennsylv. et passim in montibus. Distinctissima specie.  
E. Hyphasma densum ex albedo cinerascens, occupans fere totum folium, pagina superiori. Sporangiolis fulgineo-fuscis, demum atris, minutis, crebris, primum globosis, demum pezizoideis, corrugatis aut rugulosis.
- \*2492. 24. *E. QUERCINUM*, L. v. S., sero autumnum non rara in foliis quercinis praesertim Bannisteris, Pennsylvania.  
R. Hyphasma occupans fere totum folium—expansum candicans, tenuissimum, floccis vix distinctis. Sporangiolis raris, minutissimis, sparsis nigris. Praesertim loco distinguenda species.
- \*2493. 25. *E. lamprocarpa*, Lk. n. 9, in Menthis et similibus monte Pocono.
- \*2494. 26. *E. MORS UVAE*, L. v. S., cum proxima, loco insigni, nempe in fructibus inventa. Species nostra quidem in uvis Grossulariae *uvae crispae*, varietate illa nota, anglica, in Hortis culta, tam vulgatissima in interiori Pennsylvania et quidem Bethlehemis, et tam lethalem morbum his infert, ut hortulani vix valeant nisi tempore faustissimo hos fructus deliciosos educare apud nos. Antequam maturitatem nempe in illis nascens tomento aut hyphasmate suo, ita eos circum circa investit atque constringit ut encantur nec possunt comedi. Quibusdam, equidem plurimis annis vix singulam uvam invenies illaesam ab hoc hoste.  
E. Hyphasma densissime intertextis filis compositum, crassiusculum, primum omnino, demum in margine tantum album—medio eleganter et sub lente sericeo-fuscobrunneum, induens uvas pelle satis crasso. Sporangiolis minutis, crebris, sparsis, atris, applanato-globosis, rugosis, interdum supapillatis, primum pelle omnino immersis et tectis, demum emergentibus et hyphasmate laxiter insidentibus, immo fere liberatis. Saepissime sterile hyphasma occurrit, uva nempe consumpta aut exsiccata decidua, ante evolutionem sporangiorum.  
Fungum hunc memorabilem in horto meo diu observatum, primo pro Sphaeria habitum, denique certior certius factus sum Erysiphen esse.
- \*2495. 27. *E. NECATOR*, L. v. S., multo rarius in Uvis Vitis labruscae varietatibus cultis in vineis nostris.  
E. Hyphasma, tenuissimum albidum, floccis valde tenuibus, orbiculatum, non constringens. Sporangiolis minutissimis—raris fusco-nigris, globosis. Ubi omnino evoluta, etiam haec species destruit uvas.

## Genus 147. PERISPORIUM. F. Syst. Veg.

- \*2496. 1. *P. CALADII*, L. v. S., Syn. Car. 316, F. Sclerot., in Aro virginico.
- \*2497. 2. *P. speireum*, F. Sclerot., in foliis Rosarum Bethl. passim.

## CLASSIS QUARTA. HYPHOMYCETES, Lk.

*Nota.*—Diu anceps fui an recensione sequente Fungorum americanorum ex ultimo cohorte Friesii, *Coniomycetes* ejus, cum plerisque *Byssaceis* ex ejusdem Cohorte secunda *Algarum* complectente, an Auctorem, certissime in hisce organismis scrutatorem acutissimum, melius sit sequi, quam quod demum factum, Linkii methodum adoptare. Post studium nempe assiduum Systematis vegetabilium Friesii mihi delectissimum, virum ingeniosum ime penetrasse in adyta naturae, viamque aperuisse ad Systema philosophicum et perfectum, et nisi in paucis excipiendis, minoris momenti, omnino observationibus meis per tot annos collectis consentivisse, omnino persuasus maneo. Interea autem non minus certum Linkium clarissimum, primum principia eruisse, et auctorem esse fere omnis horum vegetabilium cognitionis. Systema ejus non contemnendum, et ad praesens nostrum propositum bene adaptatum, species et genera nempe a me regionibus americanis observata recensendi, et nova describendi, non novum systema condingi aut emendandi, eo melius, quia species numerosas in opere “Species Plantarum Linnaei a Linkio continuatae ex Editione Willdenowii” recensuit—nullas autem Friesius. Complectens etiam inter Fungos, plantas quas Friesius, me non dissentiente, ad Algas Byssaceas amandat, aut quibus, plerumque summo jure, Friesius characterem vegetabilium autonomorum denegat, de quibus in America a me observatis tamen scientiae prodest, cognitionem non praetermittere—denique Linkium sequendum optimum censui, hoc libello—semper tamen Friesii observationibus non omissis. Futuri tum Systematici, quod alio loco, aut alio ordine tribuendum aptiori inserere competentes sunt.

## Series I. (TRICHOMYCI, Fr.).

## Genus 148. SPOROTRICHUM.

Genus Linkianum *Sporotrichum* Friesii pag. 185, et *Trichosporum*, p. 306, ex *Byssaceis* et verisimiliter *Mycelia* quaedam p. 215, complectet, quod in singulis notandum, quantum valeo.

## SUBGEN. I. SPOROTRICHIA.

1. *Sporidiis albis.*

- \*2498. 1. *S. laxum*, Link. I. n. 1, truncis non rarum, Bethl.
- \*2499. 2. *S. candidum*, Lk. n. 2, putridis truncis, ibid.
- \*2500. 3. *S. obducens*, Lk. n. 3, corticibus passim, Bethl.
- \*2501. 4. *S. polysporum*, Lk. n. 4, insuper folia putrida, Bethl.
- \*2502. 5. *S. nitens*, Lk. n. 5, in dejectis foliis Syringae, Bethl.
- \*2503. 6. *S. stromaticum*, Lk. n. 6, in caulibus putridis, ibid.
- \*2504. 7. *S. pellicula*, Lk. n. 7, in caulibus putrescentibus, ibid.
- \*2505. 8. *S. fructigena*, Lk. n. 8, in putridis pomis Bethl.
- \*2506. 9. *S. fungorum*, Lk. n. 9, in variis fungis Bethl.
- \*2507. 10. *S. densum*, Lk. n. 10, in emortuis insectis et fungis, ibid.
- \*2508. 11. *S. epiphyllum*, Lk. n. 15, in foliis effusum, Bethl.
- \*2509. 12. *S. INTERTEXTUM*, L. v. S., ad truncos quercinos longe ac late, pedali longitudine interdum effusum, Bethl.
- S. thallo latissimo, effuso, ligno arctim sed separabiliter adpresso, e floccis intertextissimis, ita ut possit detrahi quanquam tenuissimo, ambitu subdeterminato et ibid. fibrillosim diviso, albido. Sporidiis non primo a floccis velatis, densissimis globosis, candidis.
- \*2510. 13. *S. HIMANTIAE*, L. v. S., in caulibus v. c. Zeae passim effusum, Bethl.

- S. thallo candidissimo, Himantiae ad instar, vulgo sic dictae, expanso. Floccis plerumque transversis, subparallelis parum intertextis: ambitu effigurato. Sporidiis nudis creberrimis globosis candidis conglomeratis inspersis.
- \*2511. 14. S. COHAERENS, L. v. S., in epidermide putridissima ramorum Castaneorum, ad longitudinem bi vel tripedalem effusum, Bethl.
- S. thallo longe lateque effuso candido, ex floccis crassis tam firmis contexto, ut faciliter thalli fragmenta tanquam pellis detrahantur, ambitu tamen flocci tenuissimi lanosi et quasi fimbriatum radiantes observantur. Sporidiis nudis conglomeratis, candidissimis densim impositis farinae ad instar, adhaerentibus nec faciliter detergibilibus.
- \*2512. 15. S. SOLUBILE, L. v. S., rarius inter folia dejecta copia aggregata, longe lateque ea investiens. Omnium distinctissimum, Bethl.
- S. thallo crasso, interdum crassitie duarum linearum, e floccis firmis crassiusculis tam densim contexto, ut facillime omnino detraheretur, pellem referente, similem fragmento chartae bibulae, ambitu determinato, candido. Sporidiis rarioribus floccis adhaerentibus, minutis, non aggregatis nec unquam velatis. Ad longitudinem plurium unciarum super folia effusum, quae inde connexa—locis siccis—sed in suffocatis.
- Species 15 jam recensitae, novae nostrae saltem—ad *Trichosporum* Byssaceum sec. Fries. pertinent.
- \*2513. 16. S. *sporulosum*, Lk. n. 16, in Brassicae caulibus. Bethl.
- \*2514. 17. S. *agaricinum*, Lk. n. 17, frequens in Agaricis, ibid.
- \*2515. 18. S. *inquinatum*, Lk. n. 11, in merda Bethl. Hae tres Sporotricha sunt, Friesii.

2. *Sporidiis griseis.*

- \*2516. 19. S. *griseum*, Lk. n. 18, in caulibus mihi ex New York communicatis ab amico Halsey.
- \*2517. 20. S. *murinum*, Lk. n. 19, Bethl. In terra et lignis mense Augusto ambo videntur cum proximo Sporotricho Friesii.
- \*2518. 21. S. *fuliginosum*, Lk. pag. 9, n. 2, passim et caespitulis confluentibus late extensum intra folia glutinosa putrida Zeae, Bethl. Interdum occupat fere totam superficiem internam, quamquam thallus unius cujusque caespitis minor. Floccis junioribus albidis Sporidiis griseis et fuligineo nigris.

3. *Sporidiis flavicantibus.*

- \*2519. 22. S. *luteo-album*, Lk. n. 20, etiam in pomis putridis Bethl. *Sporotrichum*, Fries.
- \*2520. 23. S. *laetum*, Lk. n. 21, in fissuris ligni caesi, Salem et. Bethl. *Sporotrichum*, F.
- \*2521. 24. S. *flavissimum*, Lk. n. 22? non in asseribus sed inter folia conglomerata et glutinas putrescentis Zeae nobis notum. *Sporotrich.* F.
- \*2522. 25. S. *vitellinum*, Lk. n. 23. In asseribus Salem ac Bethlehem. Idem, F.
- \*2523. 26. S. *sparsum*, Lk. n. 25. Nobis innotuit in cupulis glandium subputridis, Bethl. *Sporotrich.* F. (*Sporotrichum* Pulveraria, Lk. n. 26, apud non vulgare sed evidenter Alga, vide Fries. p. 313.)
- \*2524. 27. S. ALUTACEUM, L. v. S., longe lateque effusum in cortice Vitis putrido, Bethl.
- S. thallo indeterminatim effuso, alutaceo-subolivascens, e floccis laxe et quasi reticulatim intertextis, crassiusculis, arctim cortici adpressis. Sporidiis concoloribus nudis inspersis. *Trichosporum*, Fries. Byssaceum.
- \*2525. 28. S. LUTESCENS, L. v. S., rarius occurrit in corticibus, Bethl.
- S. thallo determinatim effuso oblongo e floccis densis intertextis lutescentibus. Sporidiis globosis, concoloribus. Affine S. candido et obducente, colore distinctissimo. *Trichosporum*, F.

4. *Sporidiis fuscis.*

- \*2526. 29. S. *fusco-album*, Lk. n. 27. Non rarum in corticibus Bethl. *Sporotrichum*, F.

5. *Sporidiis roseis.*

- \*2527. 30. S. *cylindrosporium*, Lk. n. 33, in cortice Betulae ex Massachusetts communicavit Cl. Torrey. *Sporotrichum*, F.
- \*2528. 31. S. *anthochroum*, Lk. n. 33, 1, in Salice cavo passim Bethlehem. Videtur mihi esse species generis Friesiani Byssacei Hypochni, pag. 304. Certissime vegetabile distinctum.
- \*2529. 32. S. INCARNATUM, L. v. S., in cariosissimo ligno molli dejectorum ramorum Liriodendri aut talius, Bethl. *Trichosporum*, F.
- S. thallo indeterminatim longe effuso, satis crasso lanoso, submolli, floccis intertextis, albido-incarnatis.

Sporidiis dense inspersis, nudis et floccis adhaerentibus roseo-incarnatis, demum expallentibus. Pellem laxum sistit ad 2 uncias effusum.

\*2530. 33. *S. GRATUM*, L. v. S., in epidermide corticis quercini et in lignis late expansum, Bethl. *Trichosporum*, F.

S. longe lateque effusum, thallo ambitu subdeterminato expallente; floccis densissime intertextis arcte adpressis, unde superficies laevigata apparet. Sporidiis creberrimis roseis adhaerentibus, globosis onustum. Colore praesertim differt a *S. obducente*.

6. *Sporidiis rubris et aurantiacis.*

\*2531. 34. *S. aureum*, Lk. n. 34. Colore apud nos potius fulvo-rubro gaudet. Frequens Bethl. in putridissimis corticibus et lignis.

\*2532. 35. *S. myophilum*, Lk. 35. Rarius in maximis Pezizis putridis, Bethl.

\*2533. 36. *S. lateritium*, Lk. 36, in fibris corticalibus ramorum Castaneorum, Bethl.

\*2534. 37. *S. VITICOLA*, L. v. S., in rimis corticis Vitis exsoleti, Bethl.

S. thallo longitudinaliter ad 2—3 uncias effuso pallido, e floccis basi in membranulam aut pelliculum contextis, ceterum autem suberectis et sublanosis quanquam intertextis, superne onustis creberrimis sporidiis rubris ac lateritiis, nullimodo unquam velatis. *Trichosporum*, F.

7. *Sporidiis virescentibus.*

\*2535. 38. *S. virescens*, Lk. n. 38, (Dematium Pers. Synops.) rarum in corticibus, Salem et Bethl.

\*2536. 39. *S. chlorinum*, Lk. n. 39, in foliis dejectis rarum, Bethl.

\*2537. 40. *S. flavovirens*, Lk. n. 40, in truncis Bethl. Linkius, loco citato, in Sistotremate aeruginoso sibi pro amicissimi Albertini et mei fungo sic dicto, misso, Sporotrichum recognovit flavovirens. Nullimodo tam accurato observatore contradicere in animo est. Sed pro certo possum habere, fungum ab Linkio sub hoc nomine acceptum non revera fuisse Sistotrema nostrum, id est n. 563 hujus libelli, quod Hydnum distinctissimum.

\*2538. 41. *S. bombacinum*, Lk. n. 41, in truncis, Bethl. De hac specie mihi verosimile est—Mycelium tantum esse nec fungus autonomus.

\*2539. 42. *S. AERUGINOSUM*, L. v. S., an *Hypochnus* Fries. Byssaceum frequentissime occurrit Salem et Bethl. in truncis putridissimis jacentibus.

S. thallo sublimitato effuso, maculas unciales et biunciales efficiente, e floccis lanosis intertextis in ambitu laxioribus, pulcherrime aeruginosis, centro fere tenuissimam membranulam sistentibus, qua aggregata sunt sporidia creberrima concolora, conglomerata. Omnino differt a *Thelephora*, n. 687.

8. *Sporidiis vinosis, purpureis.*

\*2540. 43. *S. SUBVINOSUM*, L. v. S. *Trichosperma*, F. in truncis sub cortice non rarum, Bethl.

S. thallo crassiusculo, lanoso, subdeterminatim effuso, e floccis laxe intricatis aut intertextis, vinoso-purpurascensibus, demum grisescentibus. Sporidiis concoloribus crebris non primum velatis, adhaerentibus floccis.

9. *Sporidiis nigris.*

\*2541. 44. *S. Collae*, Lk. 45, in colla corrupta, Bethl. frequens.

\*2542. 45. *S. lycoccon*, Lk. 44, in corruptis tuberibus *Convolvuli Batatas* prope Camden.

SUBGEN. 2. BYSSOCLADIUM.

\*2543. 46. *S. fenestrale*, Link. 46, rarissime Pennsylv. observatum in vitro fenestrali cellarum.

\*2544. 47. *S. byssinum*, Lk. 47, in foliis dejectis non rarissime occurrit, Bethl.

\*2545. 48. *S. Tela*, Lk. 48, in foliis et interdum in cortice effusum, Bethl. Thallus non tenuissimis, sed manifestis floccis compositis. An fungus Linkii.

Genus 149. *CAPILLARIA*. Lk. et Pers. in *Myc. Europ.*

De hoc genere ambo dubitant Link. et Fries. nec autopti videuntur ullius speciei. Sequentes ipse frequenter observavi locis indicatis. Species tres priores pro fungis hujusce locis, sine dubio sumendae intra caulium cavitates et medulla nidulantes. Tres ultimae valde dubiosae. C. epidermidis et

- C. grammica*, vix autonomi fungi—et tantum ideo hic recensentur, quia mihi non sine momento in his dijudicandis videtur, Mycologis notum esse, quidquid horum Myceliorum aut Initiorum etiam apud Americanos occurrit. *C. Rhizomorphanam*, nobis—potius forsitan Rhizomorpha vera, vegetabile memorabile et frequens observatum non omittendum censeo—quanquam non ad tres priores pertinet.
- \*2546. 1. *C. Phytolaccae*, Lk. p. 22, n. 3. Vulgatissima loco citato in Pennsylvania et Carolina. Floccis etiam saepius fuliginis, sporidiis minutissimis sed crebris. In tribus speciebus genuinis mihi notis, solum est et quantum scio sine exemplo mos crescendi. Nam non ut reliqui fungi familiae effusi sunt in planitie unica, sed tanquam sphaerice ex centro, irregulari quidem sed distinguendo, radiantes (fere ut constructio interior Gallarum majorum Quercus se oculis ostendit); Floccis ceterum laxissimis. Ubi caulis omnino cavus et medullae ac dissepimentorum experts—magis horizontaliter aut planitiem laterum interiorum sequentes inveniuntur.
- \*2547. 2. *C. caulicola*, Lk. p. 23, n. 8, Bethl. non rara in caulibus Umbellatarum, v. c. Pastinacae, &c. et Angelicae lucidae praesertim.
- \*2548. 3. *C. MALVACEARUM*, L. v. S., in interiori caule Malvarum majorum hortis nostris. *C. Floccis atris laxis subsphaerice et reticulatim expansis in lateribus et per medullam, ramosissimis, maculas efficientibus saepe plus quam unciales. Sporidiis non raris. Colore et magnitudine a C. Phytolaccae differt.*
- \*2549. 4. *C. epidermidis*, Lk. n. 5, vix dubitandum ut sit merum Mycelium, an Agariculi. Frequens Bethl.
- \*2550. 5. *C. grammica*, Lk. n. 6. Frequens in foliis quercinis quibusdam annis. Nil autonom.
- \*2551. 6. *C. RHIZOMORPHINA*, L. v. S., an *Haplotrichum* Eschv. frequens observatur in Lichenibus crustuosis ramorum, v. c. in Lecideis, Lecanoris, &c. Bethl. et Salem.
- C. Floccis subsparis, ramulosis, nigro-fuscis, minutissimis subrectis aut repentibus—crassiusculis, nitentibus—Oculis nudis vix perceptibilibus. Ramulis brevibus, raris.*

## Genus 150. ALYTOSPORIUM, Lk.

- Non omnino clarissimi Friesii sententiae Alytosporia Mycinematibus adnumeranda, p. 312, consentire possum. Quos sub hoc genere intelligo, fungi autonomi, videlicet.
- \*2552. 1. *A. fuscum*, Lk. n. 1. Colore valde vario non rarum apud nos Bethlehemis.
- \*2553. 2. *A. psittacinum*, Lk. n. 4, rarius occurrit ad ramos Bethl. Minutum plerumque.
- \*2554. 3. *A. murinum*, Lk. n. 5, passim in truncis Bethl. At duae reliquae species, si teneo easdem quas observavit, certissime non hujus loci sunt; videlicet
- \*2555. 4. *A. fulvum*, Lk. n. 2, evidenter species bona generis Friesii Byssacei *Hypochni*, pag. 304, rarius Bethl.
- \*2556. 5. *A. croceum*, Lk. n. 3, ejusmodi species. Himantia nempe *sulphurea* Persoon optime evoluta et eadem quae Syn. Car. 1364 recensita.

## Genus 151. COLLETOSPORIUM. F. S. V. inter Byssaceos, p. 304.

- \*2557. 1. *C. umbrinum*, Lk. p. 25, n. 1, sub cortice putrido, Bethl.
- \*2558. 2. *C. atrum*, Lk. n. 2,  $\beta$  purpurascens, densim investiens ramos truncosque Smilacis rotundifolii, Bethl. Vix specie distinguenda ob colorem atropurpurascentem ab *atro*.

## Genus 152. COCCOTRICHUM. Vide F. S. V. p. 365.

- \*2559. 1. *C. MARTII*, Lk. n. 1, apud nos in trunci interiori latere, super excrementa insectarum conglutinata effusum.
- \*2560. 2. *C. ERUBESCENS*, L. v. S., Salem in dejectis asseribus putridis observatum, prioris congener. *C. Thallo sublimitato, effuso, confluyente ex caespitulis numerosis subglobosis floccorum, griseo rubescentibus. Sporidiis concoloribus, adeo magnis, creberrimis. Interdum occupat plagas semipedales et ultra.*

Genus 153. RACODIUM. F. S. V. p. 304, *Byssaceum*.

- \*2561. 1. *R. cellare*, Lk. n. 1, in dolis cellarum in taberna, Bethl.

## Genus 154. ACROTHAMNIUM.

- \*2562. 1. *A. violaceum*, Lk. p. 27, n. 1, elegantissimum ac contra Friesium manifestum autonomon. Nostrum nullimodo inter muscos crescit—sed magna copia inventum ubi via sylvatica novissima, per latera collium excavata, multos radiculos arborum vicinitatis subdenudavit, in his.

## Genus 155. TRICHOTHECIUM. S. V. F. p. 185.

2563. 1. *T. roseum*, Lk. p. 28, n. 1, Syn. Car. *Trichoderma roseum* n. 517. Vulgaris in plantis et in ramulis. Praesertim Robiniae et Bethl.

## Genus 156. SEPEDONIUM. S. V. F. p. 185.

2564. 1. *S. mycophilum*, Lk. p. 29, n. 1, Syn. Car. 515, vulgaris in Boletis etiam Pennsylvania.

## Genus 157. MYCOGONE. S. V. F. p. 178.

- \*2565. 1. *M. rosea*, Lk. p. 29, n. 1, in Polyporis vetustis praesertim in *P. sulphureo*, Bethl.  
 \*2566. 2. *M. cervina*, Lk. n. 2. Lectum ingenti copia sed rarissime in *Peziza suffocata*, Bethl.  
 N. B. Non displicet sententia Friesii mycogones suis *Acremoniis* potius adnumerare.

## Genus 158. FUSISPORIUM. S. V. F. p. 186.

- \*2567. 1. *F. aurantiacum*, Lk. p. 30, n. 1. In Zeae caulibus ac spicis, Bethl.  
 \*2568. 2. *F. roseum*, Lk. n. 2. In capsulis Sidae abutilon et in foliis glumaceis Zeae, Bethl.  
 \*2569. 3. *F. candidum*, Lk. n. 3, apud nos in foliis dejectis, Bethl.  
 \*2570. 4. *F. LAGENARIAE*, L. v. S. Verrucas exsoletorum Cucurbitarum lagenariae albo-investiens, Bethl.  
 F. thallo satis crasso e filis contexto ramosis, candidis, aqua diffluentibus, immixtis sporidiis insepatis cylindricis, minutis.

## Genus 159. MENISPORA. (Macrosporium, F. p. 182.)

- \*2571. 1. *M. glauca*, Lk. p. 31, interiori paginae corticis deject. Bethl.

Genus 160. GONYTRICHUM. (F. S. V. p. 306, *Byssaceum*.)

- \*2572. 1. *G. caesium*, Lk. p. 32, ad frustula corticis Vitis, Bethl.

## Genus 161. EPOCHNIUM. F. S. V. p. 186.

- \*2573. 1. *E. monilioides*, Lk. p. 32. Apud nos Bethl. ad uvas cultas passim occurrit.



Genus 162. *HELICOTRICHUM*. F. S. V. p. 305, *Byssaceum*.

- \*2574. 1. *H. pulvinatum*, Lk. p. 33. Fungus noster bene quidem conveniens, ad caules stipitesque putrescentes occurrit, nec lucusque in ligno. An nova species. Pulvinulis crebris confluentibus colore pulchro caesio. Historia ceterum omnino eadem, vide Lk. p. 33.

Genus 163. *BACTRIDIVM*. F. S. V. p. 180.

- \*2575. 1. *B. flavum*, Lk. p. 34, n. 1, frequens in lignis putridis praesertim salicis, Bethl.  
 \*2576. 2. *B. carneum*, Lk. n. 3. Multo rarius Bethl.  
 \*2577. 3. *B. EFFUSUM*, L. v. S., rarius in caulibus putridis plantarum, Bethl.  
*B. nigrofusum*, floccis frequentibus, subramosis, septatis, hyalinis. Sporidiis e globoso utrinque acutiusculis, subdifformibus, zona media intus materia grumosa repleta. Caespitibus elongato-confluentibus, demum induratis effusum.

Genus 164. *SCOLICOTRICHUM*. F. S. V. p. 182.

- \*2578. 1. *S. virescens*, Lk. p. 35, ramulos ignotos investiens rarum, Bethl.  
 \*2579. 2. *S. CANDIDUM*, L. v. S., effusum super folia dejecta inter quisquilias corruptas, Bethl.  
*S. Thallo indeterminatim effuso, latissimo contexto ex floccis crispis vermiformibus, intricatis quidem, sed non ramosis, subnudis, satis crassis diaphanis inseptatis. Sporidia septata alba subdiaphana.*

Genus 165. *CIRCINOTRICHUM*. F. S. V. p. 182.

- \*2580. 1. *C. CANDIDUM*, L. v. S., in ligno deorbato putrido pineo, Salem.  
*C. thallo tenuissimo effuso, exacte congruo descriptione Linkii pagina 35—nisi colore. Floccis enim candidissimis, et nitoris expertibus. Nudo oculo lignum videtur farina adpersum.*

Genus 166. *MYXOTRICHUM*. F. S. V. p. 304, *Byssaceum*.

- \*2581. 1. *M. chartarum*, Lk. p. 36, n. 1. Non rarum in chartis muris tabernarum diu loco humido adglutinatis, ut solent in usum publici.

## Series II. (BYSSACEI.).

Etiam in hac serie commixtos habemus fungos Friesiani Coniomycetes, Byssaceis ejusdem.

Genus 167. *ACLADIUM*. F. S. V. p. 306, *Byssaceum*.

- \*2582. 1. *A. conspersum*, Lk. p. 37, n. 1, frequens ad truncos, Bethl.  
 \*2583. 2. *A. microspermum*, Lk. n. 2, in ramis putridis ibidem.  
 \*2584. 3. *A. DENSISSIMUM*, L. v. S., ad truncos et asses putridos, Bethl. rarum.  
*A. caespitulis densissimis uncialibus, effuso-pulvinatis griseo-canescensibus. Floccis persistentibus et sporidiis majusculis concoloribus.*

Genus 168. *CHLORIDIUM*. F. S. V. p. 181.

- \*2585. 1. *C. viride*, Lk. p. 38, n. 1, in lignis putridis Bethl.

- \*2586. 2. *C. griseum*, Lk. n. 2, distinctissimum frequentius in cortice putrido, Bethl.  
 \*2587. 3. *C. CANDIDISSIMUM*, L. v. S., ad ligna putrida Bethl. Fere omnino evanescens.  
*C. thallo omnium tenuissimo, floccis candidissimis sporidiis difformibus minutissimis. Fugax.*

Genus 169. CLADOSPORIUM. F. S. V. Dematium, p. 188, quoad speciem unicam—  
 cetera ad Byssaceas.

*Nota.*—Suspicio Friesium clarissimum non autoptim plurimas species vidisse. Nam plurimae evidenter congenerae *C. herbarii*, et tamen specificae distinctae sunt—et mihi videtur Genus ut omnium familiae feracissimum sic etiam optime distinctum et definitum; typo *C. herbarum*.

2588. 1. *C. herbarum*, Lk. p. 39, n. 1, ubique terrarum in plantis herbaceis, et in fungis, Syn. Car. 1341.  
 \*2589. 2. *C. solutum*, Lk. n. 2, nobis frequenter obvium in caulibus Euphorbiae marginatae et Ricini. Colore juniore vivido, demum fusco, Bethl.  
 \*2590. 3. *C. atrum*, Lk. n. 3, in caulibus firmioribus v. c. Brassicae vetustissimae, Bethl.  
 \*2591. 4. *C. polysporum*, Lk. n. 4, in ramis salicinis non rarum, Bethl.  
 \*2592. 5. *C. fuscum*, Lk. n. 5, in majoribus caulibus, ibid.  
 \*2593. 6. *C. Fumago*, Lk. n. 6. Paulo abnorme. A me passim observatum in Carolina et Pennsylv. Quando obvium folia totius fruticis aut plantae in quibus effusum fere omnino occupat. Exsoletum est *Fumago Persooni*. Plerumque infestat plantas in vicinitate stagni sylvatici crescentes. Syn. Car. D. Fuligo, n. 1331.  
 \*2594. 7. *C. tenerimum*, Lk. n. 6, abnorme; non rarum et distinctissimum in cortice, Bethl.  
 \*2595. 8. *C. fuscatum*, Lk. b. n. 1, passim ad caules, Bethl.  
 \*2596. 9. *C. grumosum*, Lk. b. n. 2, solummodo in stipitibus Pteridis aquilinae, Bethl.  
 2597. 10. *C. epiphyllum*, Lk. b. n. 3, Syn. Car. 1327, vulgare et in Pennsylv.  
 \*2598. 11. *C. graminum*, Lk. b. n. 4, vulgatissima Bethl. in foliis graminum.  
 \*2599. 12. *C. MACULANS*, L. v. S., subtectum subepidermide Jasmini fruticantis in Horto, Bethl.  
*C. primum tectum epidermide, efficiens maculas majusculas, expallentes subelevatas; demum prorumpens acervulis minutis rotundis aut elongatis confluentibus epidermide fisso cinctis. Floccis minutissimis cum sporidiis fusco-olivaceis. Acervulis plerumque in maculis concentrice dispositis antequam confluant.*  
 \*2600. 13. *C. BIGNONIAE*, L. v. S., frequens in leguminibus Bign. radicans ac Catalpae, Carolina et Pennsylv.  
*C. acervulis sparsis, minutis, frequentibus, sphaeriaeformibus, nigro-olivaceis. Floccis breviusculis cum sporidiis concoloribus.*  
 \*2601. 14. *C. LIGNATILE*, L. v. S., passim in ligno putrido, Bethl.  
*C. late effusum, ad 2—3 uncias, tenue. Floccis densis nudo oculo vix discretis, brevissimis, ramosis, cum sporidiis atro-aeruginosis, demum fuscis, aut fusco-purpurascensibus.*  
 \*2602. 15. *C. SPARSUM*, L. v. S., in scapis Allii Cepae et aliorum, Bethl.  
*C. sparsum in acervulis minutissimis badio-fuscis per maculas expallentes latas scapi. Floccis crassiusculis rarioribus acervulos efficientibus, subdivergentibus; sporidiis subglobosis concoloribus crebris inspersis.*  
 \*2603. 16. *C. TYPHAE*, L. v. S., rarius observatum in foliis exsoletis Typhae, Bethl.  
*C. Floccis vix in acervulos aggregatis, sed sparsis, interdum et in ambitu fere simplicibus—plerumque autem approximatis, ita ut e longinquo maculam minutam efficiunt, nigro-fuscescentibus. Sporidiis majusculis inspersis concoloribus.*  
 \*2604. 17. *C. IRIDICOLA*, L. v. S., in foliis exsoletis Iridis virginicae, Bethl.  
*C. minutissimum, sparsum, acervulis nempe non confluentibus, quanquam e longinquo maculam sistunt latiusculam ob approximationem. Floccis brevibus, cum sporidiis, fusco-nigris. Acervulis floccorum exsoletis, quasi sphaeriaemorphibus.*  
 \*2605. 18. *C. VIRGULTORUM*, L. v. S., passim in ramulis, virgultisve tenerioribus semivirentibus, Bethl.  
*C. late effusum, confusum et acervulis non discretis, ambiens ramulos quasi tomento crustuoso, nigro. Floccis demum vix distinguendis—sporidiis inspersis autem majusculis, globosiusculis, copiosis, et atro-inquinantibus.*  
 \*2606. 19. *C. SIMPLEX*, L. v. S., in foliis dejectis fraxineis rarum, Bethl.  
*C. floccis simplicibus, nigris, fere omnino septatis, ceterum in aversa pagina tam approximatis, ut*

sistent maculam parvam, tenuissimam. Ceterum erectis, minutissimis. Sporidiis adhaerentibus, satis crebris, et ad basin floccorum hinc inde dispersis, concoloribus.

\*2607. 20. *C. EPISPHAERIA*, L. v. S., satis frequens insuper varias Sphaerias corruptas, Bethl.

*C. fugacissimum*, ita ut statu sicciore omnino evanuit. Descriptione perditam quam in recentiori feci tamen pro futuro examine loco nominandum censui.

#### Genus 170. *PODOSPORIUM*, L. v. S., Novum Genus.

Floccis rigidis crassis, basi incrassatis, apice obtusis undique Sporidiis majusculis pedicellatis obsitis, ceterum ramosis aut simplicibus.

2608. 1. *P. RIGIDUM*, L. v. S., Syn. Car. (Demat. crucigerae) 1325, pasim occurrit ramos aut sarmenta Rhois radicans circum circa (more Helminthosporii velutini) investiens, plerumque copia magna et plusquam  $\frac{1}{2}$  unciae elongatis floccis. Frequens etiam Bethl.

*P. Floccis rigidissimis simplicibus erectis distantibus aterrimis, subfragilibus, opacis, saepe longitudine sex-unciali et ultra occupantibus ramos. Sporidiis ovato-elongatis aut subcylindricis, pedicellis divaricatis, brevioribus aut longioribus, et tum filiformibus.*

\*2609. 2. *P. GLANDICOLA*, L. v. S., in cupulis glandium aut interdum in glandibus ipsis semiputridis ad terram dejectis, Bethl.

*P. subfasciculatum, brevissimum, atrum; dense aggregatis floccis rigidis, ramosis, brevissimis (i. e. quando priori comparantur) Aterrimum. Sporidiis pro ratione magnis, pedicellatis, sed non divaricatis insertis. Fasciculus minutus—quasi versus basin incrassatus apparet.*

#### Genus 171. *OEDEMIUM*. F. S. V. p. 306, *Byssaceum!*

\*2610. 1. *O. atrum*, Lk. p. 42, n. 1, in arborum cortice, Bethl.

#### Genus 172. *POLYTHRINCIUM*. F. S. V. p. 188.

\*2611. 1. *P. Trifolii*, Lk. p. 43. Rarissime sed distinctissimum in foliis Trifolii repentis, Bethl.

#### Genus 173. *ARTHRIUM*. F. S. V. p. 187, cum proximis.

\*2612. 1. *A. caricicola*, Lk. p. 43, in Carice quaedam monticola rarius prope Nazareth inventum.

#### Genus 174. *CAMPTOUM*. F. S. V. p. 187, vide p. 365.

\*2613. 1. *C. curvatum*, Lk. p. 44, in culmis Scirpi lacustri, Bethl.

#### Genus 175. *GONIOSPORUM*, ut supra.

\*2614. 1. *G. puccinoides*, Lk. p. 45, rarius in foliis Caricis crinitae, Bethl.

#### Genus 176. *SPOROPHLEUM*, ut supra.

\*2615. 1. *S. gramineum*, Lk. p. 45, solummodo obvium in foliis Zizaniae in Delaware prope Philad.

#### Genus 177. *CONOPLEA*. F. S. V. p. 187.

\*2616. 1. *C. hispidula*, Lk. p. 46, mihi obvium in Panicis rarius, de Horto Bartrami Philad.

## Genus 178. COELOSPORIUM. F. S. V. ad proximum.

\*2617. 1. *C. fruticosum*, Lk. p. 46, non rarum in exsoletis foliis gramineis, Bethl.

*Nota.*—Gratissimum mihi fuit, fere omnia haec genera Cl. Linkii, gaudentia tam distinctis characteribus, quanquam plerumque minutissima, etiam in nostris regionibus invenire. Quis talia observans, possit adhuc suspicari, naturam in his organismis microscopicis; mere pro lubitu sibi lusum indefinitum vagumque permisisse—nec esse ullam fidem ac stabilitatem in eorum diagnosi. Ludit sane methodice, quum iisdem formis tam determinatis gaudet, cis et transatlantice.

Genus 179. HELMINTHOSPORIUM. F. S. V. p. 305, *Byssaceum*.

2618. 1. *H. velutinum*, Lk. p. 47, n. 1, Syn. Car. 1324, (D. ciliare) vulgatum in ramulis Carolinae et Pennsylv.

\*2619. 2. *H. subulatum*, Lk. n. 2, Bethl. in ramis.

\*2620. 3. *H. minus*, Lk. n. 3, rarius in ramis, Bethl.

\*2621. 4. *H. nanum*, Lk. n. 4, in ligno putrido, ibid.

\*2622. 5. *H. pellucidum*, Lk. n. 5, non rarum in ramis, ibid.

\*2623. 6. *H. simplex*, Lk. n. 6, in ligno salicino, Bethl.

\*2624. 7. *H. tenuissimum*, Lk. n. 7, in caulibus plantarum v. c. in exsoletis Aquilegiae hortorum, Naz.

2625. 8. *H. fasciculatum*, L. v. S., Syn. Car. 1326, (Demat. castaneae) frequens in variis foliis, Salem et Bethl.

*H.* fasciculis minutis gregatim propullantibus ex epidermide subfissa et subelevata, saepe collectis in maculam plus minus effusam. Floccis nigris simplicibus, plus minusve divergentibus, articulatim septis. Sporidiis crebris concoloribus.

\*2626. 9. *H. dubium*, L. v. S., ex ramis propullans; affine priori, sed vix fasciculatum, Bethl.

*H.* floccis aggregatis, sed non in fasciculis, nigris aut nigro-subfuscescentibus, flexuosis, filiformibus, longiusculis articulatim septatis. Sporidiis minutis adhaerentibus.

\*2627. 10. *H. corticale*, L. v. S., satis frequens in cortice glabrato ramorum Platani occidentalis, Salem et Bethl.

*H.* fasciculatum, propullans ex cortice. Floccis nigris, erectis vix ramosis, basi coalitis, apicem versus conniventibus, rigidis, ita ut fasciculus subconicus evadit. Sporidiis rarioribus, brevissimis, saepe extus grisescentibus.

\*2628. 11. *H. virgultorum*, L. v. S., sub epidermide ramulorum Mori frigore emortuorum—demum denudatum, Bethl.

*H.* floccis aggregatis in maculam nigrescentem semiuncialem primum subepidermide, demum nudum; ceterum brevissimis tenerimis fuscis, ramosis. Sporidiis concoloribus inspersis.

\*2629. 12. *H. crustuosum*, L. v. S., longissime effusum, crustam teneram nigram in Catalpae ramis junioribus, Bethl.

*H.* floccis brevissimis simplicibus erectis nigris, tam densim aggregatis, ut videntur sistere crustam pedalem, in qua vix distinguuntur flocci, statu sicciori. Sporidia minutissima cum floccis confusa.

\*2630. 13. *H. herbarum*, L. v. S., pulchrum, in caulibus Euphorbiae marginatae, Bethl. Dothideas, Sphaeriasque his incolas—obtegens.

*H.* subeffusum aut subpulvinatum. Floccis brevissimis basi intumescens, brunneis aut fuscis, minutis, densissime stipatis, pellucidis sub lente et septatis. Sporidiis inspersis.

\*2631. 14. *H. Sorghi*, L. v. S., frequens in foliis putridis Sorghi culti Lity.

*H.* pulvinulis minutis (linearibus) oblongis, crebris aterrimis, confluentibus. Floccis atris, rigidis erectis, densis, simplicibus, subacuminatis, articulatim septatis, Sporidiis concoloribus inspersis.

\*2632. 15. *H. brassicola*, L. v. S., in foliis Brassicae cellis asservatae, circum nervum centalem praesertim erumpens. Affine *tenuissimo*.

*H.* plagis irregularibus, nigro-fuliginis longe lateque effusis. Floccis longiusculis, junioribus erectis, ramosissimis hyalinis. Sporidiis oblongis multiseptatis, saepe incurvis, et pseudo pedicello interdum suffultis, ceterum frequenter clavatis, longitudine fere floccorum. Sporidiis effusis caulem inquinat.

\*2633. 16. *H. corniculatum*, L. v. S., abnorme. E rimis corticis quercini recenter caesi rarius propullans, Bethl.

*H. giganteum*; aterrimum cum nitore quodam cinerascens; corniculatim ramosum versus apicem ramis divaricatis brevibus. Floccis crassis, fragillimis, densissime intricatis, longitudine unciali, pulvinulum efficientibus 2—3 uncialem, effusum longitudinaliter in rimis. Sporidiis rarioribus et tantum in perfectissimis, apice incrassatis.

Genus 180. *HELICOSPORIUM*.

\*2634. 1. *H. vegetum*, Lk. p. 51, ligno putrescente inventum, Bethl.

Series III. (*MUCEDINES*.)

Genus 181. *HAPLOTRICHUM*. F. S. V. p. 184.

\*2635. 1. *H. capitatum*, Lk. p. 52, in truncis Bethl.

\*2636. 2. *H. virescens*, L. v. S., in cortice putrido ramorum, Bethl.

*H. floccis effusis intricatis, ramosis, septatis, persistentibus fuscescentibus, sporidiferis erectis. Sporioria ovalia ex sporidiis virescentibus.*

\*2637. 3. *H. subpulvinatum*, L. v. S., in truncis putridis cortice insidet, Bethl.

*H. subpulvinatum aggregatum et interdum effusum. Floccis densis, divergentibus ramosulis, griseo-canescens intrincatis, sporidiferis erectis. Sporidiis majusculis ovatis concoloribus, apice collectis.*

Genus 182. *HAPLARIA*. F. S. V. p. 184.

\*2638. 1. *H. grisea*, Lk. p. 52. Optime quadrans—sed loco alieno. Apud nos solummodo in cortice inventa.

Genus 183. *BOTRYTIS*. F. S. V. p. 184.

1.\* *Albae*.

2639. 1. *B. ramulosa*, Lk. p. 53, n. 1, Syn. Car. 1306, *diffusa*, in putridis plantis et in lignis. In his minus fugax.

\*2640. 2. *B. geotricha*, Lk. n. 3, vulgaris in terra, locis stagnorum sylvaticorum exsiccatis, Bethl.

2641. 3. *B. epigaea*, Lk. n. 2, in sylvis ad vias et declivitates. Est quod nobis olim *Trichoderma tuberculatum* audit. Syn. Car. 523, et. Bethl.

\*2642. 4. *B. elegans*, Lk. n. 4, Nobis et in ligno obvia et tum asservabilis, Bethl.

\*2643. 5. *B. densa*, Lk. n. 5, etiam in fungis, Bethl.

2644. 6. *B. agaricina*, Lk. n. 6, frequens praesertim in Polyporis. Syn. Car. *ramosa*, 1308.

\*2645. 7. *B. epiphylla*, Lk. n. 7, satis frequenter observata in foliis Geranii maculati et caroliniani, Bethl.

\*2646. 8. *B. pellicula*, L. v. S., ad lignum vetustum, Bethl.

*B. Thallo effuso, densissime intertexto, candidissimo, sistente pellem delicatum tenuissimum detractibilem. Floccis sporidiferis creberrimis erectis et decumbentibus, onustis caterva densa sporidiorum candidissimorum globosorum. Floccis ceterum eleganter ramosis. Sporidiis faciliter concussione avolantibus.*

2.\* *Virentes aut olivaceae*.

\*2647. 9. *B. olivacea*, Lk. n. 7, in truncis putridis, Bethl.

\*2648. 10. *B. pulvinata*, Lk. n. 8, in fungis vulgaris, ibid.

\*2649. 11. *B. polyspora*, Lk. n. 9, in dejectis ramis, ibid.

\*2650. 12. *B. cinereovirens*, Lk. p. 56, in ligno putrido, ibid.

- \*2651. 13. *B. lignifraga*, Lk. n. 10, Bethl. rarius.  
 \*2652. 14. *B. LAXA*, L. v. S., species elegantissima circum radices putrescentes fruticis Rhododendri emortui dejecti, Bethl.  
*B.* late effusa, passim subpulvinata, laxissime cohaerens. Floccis ramosis, ramis et ramificationibus divaricatis. Sporidiis globulosis. Fungus persistens ac asservabilis gaudet colore eleganter lutescente cervino, floccis nempe et sporidiis concoloribus.

3.\* *Roseae.*

- \*2653. 15. *B. rosea*, Lk. n. 11, in ramis Platani, Bethl.  
 \*2654. 16. *B. macrospora*, Lk. n. 12, in scobe lignea et in cortice, Bethl. et Salem.  
 \*2655. 17. *B. variosperma*, Lk. n. 13, affinis priori, apud nos in cortice plerumque, Bethl.  
 \*2656. 18. *B. LATERITIA*, L. v. S., plagis latissimis effusa in caule antiquo Brassicae, Bethl.  
*B.* Thallo crassiusculo effuso. Floccis ramosissimis, lateritiis, primum albidis: sporidiferis erectis intricatis. Sporidiis copiosissimis, eleganter lateritiis. Plagas efficit biunciales, subpulvinatim applanatis.  
 \*2657. 19. *B. FULCHERRIMA*, L. v. S., plagis unciam latis, 6 uncias longis in cortice confluentibus, Bethl.  
*B.* Thallo densim intertexto, crassiusculo, decumbente, persistente, ime roseo. Floccis sporidiferis, fasciculatim in thallo erectis, ramosissimis, candidis, onustis sporidiis ovato-globosis candidissimis.  
 \*2658. 20. *B. LILACINA*, L. v. S., in ramis Pini canadensis subcorruptis, Mauch Chunk.  
*B.* Thallo effuso, vix pulvinato. Floccis breviusculis intricatis ramosis, sporidiferis suberectis, lilacinis. Sporidiis ovatis crebris, paulo purpurioribus.

4.\* *Flavicantes.*

- \*2659. 21. *B. fulva*, Lk. n. 15, ad frustulas ligni inter pulverem vaporarium. Bethl. et ad truncos.  
 \*2660. 22. *B. allochroa*, Lk. n. 16, in herbis dejectis, Bethl.  
 \*2661. 23. *B. LEUCOXANTHA*, L. v. S., passim in cortice, Bethl.  
*B.* Thallo effuso tomentoso. Floccis luteo-flavescentibus crassiusculis, intricatis, ramosis, articulatim septatis. Sporidiferis erectis; sporidiis majusculis, globosis, candidis, densim in ramis aggregatis, subfugacibus.

5.\* *Aurantiacae.*

- \*2662. 24. *B. aurantiaca*, Lk. n. 17, frequens in truncis putridis: rubro-aurantiaca. An Oidium fulvum sit status junior?

6.\* *Griseae.*

- \*2663. 25. *B. cana*, Lk. p. 59, n. 18, in foliis marcidis, Bethl.  
 \*2664. 26. *B. polyactis*, Lk. n. 19, frequens in caulibus, Bethl.  
 \*2665. 27. *B. leucospora*, Lk. n. 23, nobis in fungis, Bethl.  
 2666. 28. *B. cinerea*, Lk. n. 21, Syn. Car. 1307. In Pennsylvania nobis innotuit insuper Sclerotium durum in Euphorbiae marginatae caulibus putridis.  
 \*2667. 29. *B. bicolor*, Lk. n. 24, in iisdem et aliis caulibus reperta, Bethl.  
 \*2668. 30. *B. MINUTULA*, L. v. S., in antiquissimis truncis Betulae nigrae, Bethl.  
*B.* minoris voluminis species. Thallo e pulvinulis parvis subrotundis, confluentibus, lineam longis, parum elevatis ex albo-cinerascentibus conflato. Floccis tortis invalidis ramosis. Sporidiis crebris candidis.

7.\* *Nigrae.*

- \*2669. 31. *B. nigra*, Lk. n. 25, Virgaria, Nees. In ramis dejectis rarior, Bethl.

## Genus 184. POLYACTIS. F. S. V. p. 184, sub Botrytide.

- \*2670. 1. *P. quadrifida*, Lk. p. 62, n. 1. In receptaculis aut seminibus Compositarum, Bethl.  
 \*2671. 2. *P. simplex*, Lk. n. 3, evanescens, Bethl. in receptaculis putridis Helianthi annui.  
 \*2672. 3. *P. GRISEA*, L. v. S., in leguminibus Catalpae et Bignoniae, Bethl.

*P. floccis sporidiferis sparsis, griseis, simplicibus, evanescentibus. Sporidiis concoloribus, ovato-cylindricis apice floccorum irregulariter umbellatim collectis, sed etiam in trunco flocci adhaerentibus.*

Genus 185. *ASPERGILLUS*. F. S. V. p. 183.

- \*2673. 1. *A. candidus*, Lk. p. 65, n. 1, frequens in fungis, Bethl.
  - \*2674. 2. *A. mycobanche*, Lk. n. 2. In *Pezizis* majoribus, ibid.
  - \*2675. 3. *A. ovalispermus*, Lk. n. 3. In prunorum fructibus, ibid.
  - 2676. 4. *A. glaucus*, Lk. n. 6, Syn. Car. 1314, *Monilia vulgaris* et in Pennsylv.
  - 2677. 5. *A. roseus*, Lk. n. 8, Syn. Car. 1316, cellis, &c. et. Bethl.
  - \*2678. 6. *A. laneus*, Lk. n. 5, in carioso Salice, ibid.
  - \*2679. 7. *A. griseus*, Lk. n. 10, in fungis putridis, ibid.
  - \*2680. 8. *A. PURPUREOFUSCUS*, L. v. S., species distinctissima. In caulibus putridis Brassicae rarius occurrit, Bethl.
- A.* Hyphasmate longe lateque effuso, tenue. Floccis sporidiferis ramosis et erectis, aut etiam simplicibus, septatis purpureo-fuscis. Sporidiis creberrimis, concoloribus, demum canescentibus, majusculis. Elegans ac persistens.
- \*2681. 9. *A. virens*, Lk. n. 7, in ramis dejectis in montibus Lehigh mihi obvius. Vix specificè distinctus. Floccis tamen aequè ac sporidiis demum aeruginoso-viridibus, quanquam primo et subtus albescunt.

Genus 186. *PENICILLUM*. F. S. V. p. 182.

- \*2682. 1. *P. candidum*, Lk. p. 69, n. 1, in fungis frequens, Bethl.
- \*2683. 2. *P. roseum*, Lk. n. 2, in caulibus plantarum, Bethl.
- 2684. 3. *P. glaucum*, Lk. n. 3, Syn. Car. 1319, *Monilia digitata vulgatum* et Pennsylv.
- \*2685. 4. *P. sparsum*, Lk. n. 4. In foliis gramineis, Bethl.

Genus 187. *COREMIUM*. F. S. V. p. 182.

- \*2686. 1. *C. glaucum*, Lk. p. 71, n. 1, in *Involucris corruptis Castanearum*, Bethl.
- \*2687. 2. *C. candidum*, Lk. n. 2, in corruptis stipitibus, Bethl.
- \*2688. 3. *C. citrinum*, Lk. n. 3, rarius in lignis et mucerdis, ibid.
- \*2689. 4. *C. COCCINEUM*, L. v. S., insuper lignum cariosum effusum ex Georgia, Torrey misit.  
*C.* caespitibus longe lateque effusis, confluentibus, compositis ex fasciculis floccorum, laete coccineis, basi unitis in pedicellum communem, apice penicillatim divergentibus. Sporidiis densis concoloribus.
- \*2690. 5. *C. FLAVOVIRENS*, L. v. S., frequens observatum in foliis dejectis udis, Bethl.  
*C.* substipitatum, laxum. Fasciculis sparsis parvis subglobosis, floccis parum divergentibus, cum sporidiis ex flavo virentibus.
- \*2691. 6. *C. SUBICULATUM*, L. v. S., in cortice dejecto rarius, sed distinctissimum, Bethl.  
*C.* thallo subiculato, tenui, denso, effuso, ex quo densim assurgunt fasciculi, sparsi floccorum coalitorum in firmum pedicellum, apice capitellato-penicillatorum, colore incarnato-cinerascente. Pedicellus subcylindricus rubescit. Capitulum globosum penicillatum-pedicellum magnitudine excellit. Sporidiis concoloribus. Persistens.
- \*2692. 7. *C. FRAGARIASTRUM*, L. v. S., frequens in foliis emarcidis *Fragariae cultae* in Hortis, Bethl. Amphigenum.  
*C.* fasciculis crebris, amphigenis, aterritis, concentricè quasi in maculam aggregatis. Basi floccis ex quibus fasciculi contexti, coalitis, rigidiusculis; apice parum penicillatim divergentibus. Sporidiis cinerascentibus. Minutissimum et vicens praesertim in foliorum aversa pagina.
- \*2693. 8. *C. CONCENTRICUM*, L. v. S., *Dematium Penicillus*, Syn. Car. 1330. In pagina aversa Lauri aestivalis foliorum, Salem et Bethl.  
*C.* in maculis cinereo-nigrescentibus foliorum semivivorum, concentricè proveniunt fasciculi floccorum nigrorum, basi coalitorum et quasi pseudo-bulbum efficientium. Apice penicillatim ut in priori divergunt sed multo minus elevati sunt fasciculi. Sporidiis ceterum nigris satis frequentibus.

- \*2694. 9. *C. FIMETARIUM*, L. v. S., in fimo vaccino inventum, Bethl.  
*C. caespitibus minutis sparsis, floccis thalloideis versus basin coalitis subrufescentibus. Sporidiferis capituli, candidis cum sporidiis. Demum subevanescentibus.*

Genus 188. *CAMPSOTRICHUM*. F. S. V. p. 181.

Ad hoc genus placet sequentem fungum pulcherrimum referre, ob characteres—quanquam colore abhorret.

- \*2695. 1. *C. SPLENDIDUM*, L. v. S., rarissime ad putridissimos cortices occurrit, Bethl. Optime persistens, ac colorem servans.  
*C. sparsum, sed gregarie occurrens, tam minutum ut difficiliter observatur nisi lentis opere. Stipite rufo-aurantiaco, sine dubio ex coalitis floccis, ad dimidiam altitudinem totius fungi elevato; tum divaricatum diviso-ramoso in flocculos pellucidos manifestim septatos aurantiacos abiente, Sporidiis globosis concoloribus pulcherrime decoratos.*

Series IV. (*ACREMONII*).Genus 189. *ACREMONIUM*. S. F. V. p. 177.

- \*2696. 1. *A. verticillatum*, Lk. p. 74, n. 1, passim in truncis, Bethl.  
 \*2697. 2. *A. fuscum*, Lk. n. 3, in ramulis putridis Lauri Sassafra, Bethl. obvium.  
 \*2698. 3. *A. nitidum*, Lk. n. 4. In *Sphaeria deusta exsoleta*, Bethl. Demum fuscescit.  
 \*2699. 4. *A. NIGROSPERMUM*, L. v. S., in ligno vetusto rarius inventum, Bethl.  
*A. thallo tenuissimo effuso, floccis albo-griseis intricatis ramosis. Sporidiis nigrescentibus pellucidis, crebre innatis, sed non verticillatis.*

Genus 190. *VERTICILLIUM*. F. S. V. p. 178.

- \*2700. 1. *V. tenerum*, Lk. n. 1, in variis caulibus, Bethl.  
 \*2701. 2. *V. capitatum*, Lk. n. 2. Non rarum in truncis, ibid.

Genus 191. *DACTYLIUM*. F. S. V. p. 366, Suppl.

- \*2702. 1. *D. candidum*, Lk. p. 77, n. 1, passim in truncis, Bethl.  
 \*2703. 2. *D. nigrum*, Lk. n. 2, in  
 \*2704. 3. *D. GRAMINUM*, L. v. S., in foliis Leersiae oryzoid., Bethl.  
*D. Floccis sparsis simplicibus griseis erectis. Sporidiis 3—4 digitatis concoloribus.*  
 \*2705. 4. *D. MELANOPUS*, L. v. S., in scapis Allii Cepae, Bethl.  
*D. Floccis sparsis quidem sed densis, crassiusculis, nigro-fuliginis articulatis septatis, apice coronatis, sporidiis cinereo-fuliginis. Basi saepe bulboso-incrassata nigriori cetero flocco.*  
 \*2706. 5. *D. CRUSTACEUM*, L. v. S., plagis ingentissimis saepe obtegit culmos giganteos Arundinarie ex Carolina australi ad usum piscatorum in foro venditioni expositae.  
*D. subcrustaceum tandem devenit, primum floccis erectis, discretis, fragilibus consistit dense aggregatis, apice 3—4 sporidiferis, ceterum nigrescentibus. Sporidiis concoloribus opacis deciduis.*

Genus 192. *STACHYLIDIUM*. F. S. V. p. 178.

- \*2707. 1. *S. bicolor*, Lk. p. 78, n. 2, in caulibus exsiccatis, Bethl.  
 \*2708. 2. *S. ROSEUM*, L. v. S., in foliis caulibusque, plantarum male exsiccatarum in Herbariis v. c. *Solidaginis rigidae*, Bethl.



- S. Hyphasmate caespitosim aggregato, saepe confluyente caespitulis minutis rotundis, roseo-incarnatis, compositis ex floccis septatis ramosis. Sporidiis lateralibus crebris amoene roseis.
- \*2709. 3. *S. FULVUM*, L. v. S., in caulibus putridissimis Brassicae, Bethl.  
S. hyphasmate tenue fulvo. Floccis erectis rigidiusculis concoloribus, sporidiferis. Sporidiis verticillatis fulvis, demum decolorantibus.
- \*2710. 4. *S. LUTESCENS*, L. v. S., terrestre, locis obvium ubi copia ramorum putrescentium accumulata, Bethl.  
S. hyphasmate magno expanso orbiculato, ambitu albo. Floccis sporidiferis decumbentibus, ramosissimis lutescentibus, grosse articulo-septatis cum sporidiis ovalibus verticillatis luteis.

## Genus 193. SPONDYLOCLADIUM.

- \*2711. 1. *S. fumosum*, Lk. p. 78, in lignis, Bethl. Etiam passim tenuius omnibus partibus in herbis lignatilibus, v. c. *Artemisia absinthium*.

## Series V. (MUCORINI.).

In hac serie cogemur sequi Friesii dispositionem in Systemate Orbis Vegetabilis, tribus nempe I. et II. Ordinis ejus secundi, Mucorinorum amplectentem. Et quidem nobis melior videtur per se (exclusis tribus III. et IV. jam secundum Linkium citatis)—et quia ex serie Linkiana Genera, *Pilobolus*, *Erysiphe* et *Rhizoctonia* jam alio loco Friesiano, summo jure citata omittere necesse est, *Stilbum*que contra, omnino ad Mucorinos pertinens ut etiam vult Fries. hic inserere.

## Genus 194. CHORDOSTYLUM.

- \*2712. 1. *C. capillare*, F. S. V. p. 175, rarius Bethlehem in foliis putridis. Vide etiam A. et S., *Conspectum*.

## Genus 195. STILBUM. F. S. V. p. 175, et Sprengel., p. 545.

2713. 1. *S. vulgare*, Spr. p. 545, n. 1, Syn. Car. 1280, et. Bethl.  
2714. 2. *S. gelatinosum*, Pers., Syn. Car. 1279, et Bethl. ad truncos.  
2715. 3. *S. tomentosum*, Spr. n. 14, Syn. Car. 1276, et. Bethl.  
2716. 4. *S. byssinum*, Pers. in hymenio putridi fungi Bethl. et Syn. Car. 1282.  
2717. 5. *S. piliforme*, Spr. n. 8, ad ligna etiam Bethl. et Salem in *Involucris*, Syn. Car. 1278.  
2718. 6. *S. bulbosum*, Spr. n. 2, solummodo Car., Syn. Car. 1281.  
2719. 7. *S. rigidum*, Spr. n. 9, in truncis, Sal. et Bethl. S. C. 1276.  
2720. 8. *S. turbinatum*, Spr. n. 18, Syn. Car. 1283, Salem.  
2721. 9. *S. rubicundum*, Spr. n. 19, Syn. Car. 1284, non Pennsylv.  
\*2722. 10. *S. ROSEUM*, L. v. S., rarius inter fibros ligni carioli subsolutos, Bethl.  
S. minutissimum, efformans caespitulos inter fibros; stipitibus subbulbosis brevibus, capitulis subturbinate cum stipite pallido-roseis.
- \*2723. 11. *S. INQUINANS*, L. v. S., an hujus Generis? abnorme et valde memorabile. Inventum super ramos et dejectamenta effusum, Bethl.  
S. longe lateque effusum, in aggeres magnos aut acervos unciales accumulatum atro-inquinantes, crassos. Stipitibus longis, bilinearibus, subulatis, rigidis, fragilibus aterrimis. Capitulis globosis, nigris, obscuris deciduis.

*Nota.*—Sprengelius sub hoc genere subsumpsit heterogenos fungos—inter quos admiratus sum *Periconiam* Persicae, Syn. Car. 1290, quae cum *P. Rhois* ibidem 1291, est sine dubio *Calycium*, Lichen, observare. Ubi Linkii sententia placebit *Stilba*, non ex opere ejus determinandum. Mihi pro certo videtur hoc genus ad Mucorinos Friesii pertinere.

Genus 196. *EUROTIIUM*. S. F. V. p. 177, Lk. p. 79.

2724. 1. *E. herbariorum*, Lk. p. 79, Syn. Car. 427, varians magnitudine et colore ubique.  
 \*2725. 2. *E. OBLITERATUM*, L. v. S., in herbis male exsiccatis Herbarii mei.  
*E. thallo oblitterato, nullo. Sporangiiis magnis citrinis.*

Genus 197. *MUCOR*. F. S. V. p. 176, Lk. 80.

- \*2726. 1. *M. fimetarius*, Lk. p. 80, n. 1, in stercore vaccino. *Evanescens, Bethlehem.*  
 \*2727. 2. *M. rufus*, Lk. n. 3, persistens in Polyporo, Bethl.  
 2728. 3. *M. flavidus*, Lk. n. 8, in Agaricis rarius sed perelegans. *Evanescens, Salem et Bethl., Syn. Car. 421.*  
 2729. 4. *M. Mucedo*, Lk. n. 14, Syn. Car. 423. *Ubique.*  
 \*2730. 5. *M. ascophorus*, Lk. n. 15, in Cucurbitis, Bethl.  
 \*2731. 6. *M. tenuis*, Lk. n. 16, in ligno putrido mycomatre illito Nazareth. *Distinctum persistens.*  
 \*2732. 7. *M. carneus*, Lk. n. 20, in frustulis pineis, Philad. *evanescens.*  
 \*2733. 8. *M. minimus*, Lk. n. 22, in putridis Cucurbit. Bethl.  
 2734. 9. *M. tenellus*, Lk. 23, Syn. Car. 426, passim et Bethl.  
 2735. 10. *M. caninus*, Lk. 24, Syn. Car. 424, et Bethl.  
 \*2736. 11. *M. stercoreus*, Lk. 25, etiam in canino stercore, ibid.  
 2737. 12. *M. murinus*, Lk. 26, Syn. Car. 425, et Bethl.  
 \*2738. 13. *M. Fimbria*, Lk. 27, in Sphaeriis, Salem et Bethl.  
 \*2739. 14. *M. albo-virens*, Lk. 28, in Pezizis vetustis, Bethl.  
 \*2740. 15. *M. truncorum*, Lk. n. 2, in Catalpa caesa, Bethl.  
 \*2741. 16. *M. CAPITATO-RAMOSUS*, L. v. S., in Boletto aut Polyporo vetusto, Bethl.  
*M. ingens, persistens. Floccis densis fulvo-luteis, semi-uncialibus, caespitosis, apice divaricato-ramosis, quasi laxum capitulum sistentibus, onustis nempe Sporangiolis magnis luteis, demum nigrescentibus. Perpulcher Mucor. Floccis firmiusculis.*  
 \*2742. 17. *M. ECHINOPHILA*, L. v. S., non rarus in spinis Involucrorum, Castan. Bethl.  
*M. pusillus, simplex. Hyphasmate simplici nigro cinereo breviusculo, subulato, basi incrassata. Sporangiole hyalino demum cinereo-deciduo. Densissime prorumpit aut potius insidet in spinis, oculum nudum effugiens.*

Genus 198. *THAMNIDIUM*.

- \*2743. 1. *T. elegans*, Lk. p. 96. *Rarissime sed distinctissimum inventum mense Decemb. in frustulis corticis Salicis, Bethl. Sporangiola elongata. Medium fugacissimum ceteris minoribus candidis persistentibus.*

Series VI. (*BYSSEAE*.) F. S. V. p. 307 et porro inter Algas byssaceas.Genus 199. *OIDIUM*.

- \*2744. 1. *O. aureum*, Lk. p. 121, n. 1. *Solummodo Carolina ligno carios.*  
 \*2745. 2. *O. fulvum*, Lk. n. 2. *Bethl. rarius.*  
 \*2746. 3. *O. fructigena*, Lk. n. 3, in Prunis et Persicis, Bethl.  
 \*2747. 4. *O. monilioides*, Lk. n. 4. *Salem et Bethl. in graminib.*  
 \*2748. 5. *O. subramosum*, Lk. n. 10, in ramis Sassafras, Bethl.  
 \*2749. 6. *O. croceum*, Lk. n. 8, in cortice Castaneo, Bethl.  
 \*2750. 7. *O. CANDIDUM*, L. v. S., in foliis quercinis putridis, Bethl.

O. floccis crassis decumbentibus aggregatis, candidis, ex articulis crassis—Torulae non dissimilibus. Sistens maculas candidas laxas.

2751. 8. O. INQUINANS, L. v. S., Syn. Car. *Trichoderma globosum*, 524. Fungum hunc vulgatissimum, ulnari longitudine globosis pulvinulis, saepe confluentibus, occupantem ramos etiam Quercinos, Oidium esse non amplius dubitandum. Floccis erectiusculis articulatis simplicibus, demum solutis in Sporidia fuligineo-atra.

#### Genus 200. TETRACOLIUM.

- \*2752. 1. T. *Tuberculariae*, Lk. p. 125. Non solum in Tubercularia vulgari, sed etiam in aliis speciebus Tuberculariae observatum, Bethl.

#### Genus 201. ALTERNARIA.

- \*2753. 1. A. *tenuis*, Lk. p. 127, n. 1. Frequenter occurrere in Brassicis Hortorum, in calycibus Helianthi annui, et in culmis Zizaniae prope Philadelphia observata.

#### Genus 202. MONILIA.

2754. 1. M. *antennata*, Lk. p. 126, n. 1. Syn. Car. 1322. Et Bethlehemi frequens : v. c. in tectis pineis.
- \*2755. 2. M. *expansa*, Lk. n. 2, in caulibus frequens Bethl.
- \*2756. 3. M. *alta*, Lk. n. 3, in lignis et ramulis, ibid.
- \*2757. 4. M. *sparsa*, Lk. n. 4, in Arundine et caulibus ibid.
2758. 5. M. FUSCONIGRA, L. v. S., Syn. Car. *Trichoderma spadiceum* 525. Huc pertinet. Frequens etiam Pennsylvaniae e. c. ad palos.
- M. caespitulis 2—3 linearibus, subrotundis pulvinatis. Floccis ferrugineo fusco-nigris frequentissimis simplicibus stipatis, quasi subradiatum divergentibus, demum solutis in articulos fusco-nigris, inquinantes.
- \*2759. 6. M. GLOBOSA, L. v. S., rarius in cortice juniorum ramorum Populi italicae, Bethl.
- M. caespitulis globosis, sparsis, nigris, compositis e floccis atro-fuliginis irregulariter aggregatis nec radiantibus. Articulis globosis in quos demum soluta—atro inquinat.
- \*2760. 7. M. PUNCTANS, L. v. S., passim obvia in lignis pyrinis, Bethl.
- M. Caespitulis minutis, quasi punctantibus lignum, compositis ex floccis crassiusculis brevibus subdivergentibus demum conglutinatis—lignum inquinantibus, solutis nempe articulis nigro-subnitentibus. Pulvinuli saepe longe lateque confluent, primum fibris ligni subimmersi.

#### Genus 203. TORULA.

2761. 1. T. *herbarum*, Lk. p. 128, n. 1, Syn. Car. 1321, ubique vulgatissima in caulibus.
- \*2762. 2. T. *tenera*, Lk. n. 2, frequens ad ramos, Bethl.
- \*2763. 3. T. MEDULLAE, L. v. S., in medulla maximarum caulium longe lateque effusa, Bethl.
- T. Floccis in thallum fuligineum tam conglutinatis ut fere pelliculam efficiunt. Floccis fragilibus, demum solutis in ovals articulos.
- \*2764. 4. T. CUCURBITARUM, L. v. S., latissime effusa in cortice Cucurbitarum (Lagenariae) maculis maximis, v. c. 4—6 uncialibus, Bethl.
- T. atra, maculas determinatas efformans confluentes, inquinantes. Floccis fragillimis—articulis globosis.
- \*2765. 5. T. CRUSTACEA, L. v. S., ramos juniores salicinos incrustans longe lateque non rara, Bethl.
- T. ex epidermide prorumpens et eam longe lateque demum incrustans, fuliginea. Floccis conglutinatis—inquinantibus ad tactum, ob solutos articulos minutissimos.
- \*2766. 6. T. OLIVASCENS, L. v. S., in libro corticis, epidermide orbato, Catalpa, Bethl.
- T. pulvinulis elongatis, confluentibus, olivaceo-nigris subseriata. Floccis grosse articulatis, et quasi ramosis.

## Series VII. et VIII. (APPENDIX.).

Momenti mihi videtur Fungos aut Mycelia aut quidquid sint, sequentium Generum in opere meo, titulum Conspectus omnium Mycetomorphorum Americanorum sibi vindicante, nullimodo omnino negligi. Easdem degeneraciones, eadem initialia, eadem exanthemata aut analogia invenisse cis et transatlantice, de quibus peritissimus quisque anceps haeret, an sint Vegetabilia autonoma, nec ne, factum est, non omnino negligendum in his rebus dijudicandis. Sententiae Friesii assentio de plerisque—et Linkius de iis dubitat—sed Linkii ad exemplar, tamen quam potui diligentiam adhibui, omnia hae Mycetomorpha recensere hoc loco, equidem praestantiora nova mihi obvia describere, appendicis, ad instar.

## Genus 204. HELICOMYCES. F. S. V. p. 310, Byss.

\*2767. 1. *H. roseus*, Lk. p. 131. Tantum mihi obvius in trunco jacente Erie County, Pennsylv.

## Genus 205. DEMATIUM. Link. p. 131.

- \*2768. 1. *D. nigrum*, Lk. p. 131, n. 1, passim in cortice Bethl.  
 \*2769. 2. *D. mollissimum*, Lk. n. 2. Salem ad radices.  
 \*2770. 3. *D. badium*, Lk. n. 4, ad ramos dejectos Sal. et Bethl.  
 \*2771. 4. *D. jubatum*, Lk. n. 5, ibidem, Bethl.  
 \*2772. 5. *D. rupestre*, Lk. n. 6, ad rupes udas, Bethl.  
 \*2773. 6. *D. rupicola*, Lk. n. 7, in Lichenibus rupestribus, ibid.  
 \*2774. 7. *D. muscorum*, Lk. n. 8, frequens in Bartramia vix autonomon., Bethl.  
 \*2775. 8. *D. cornutum*, Lk. n. 12, passim in ramis salicinis, Bethl.  
 \*2776. 9. *D. subcorticale*, Lk. n. 14, rarius sub cortice.  
 \*2777. 10. *D. strigosum*, Lk. n. 15, ligno putridissimo juglandino obvium, Bethl.  
 \*2778. 11. *D. Aluta*, Lk. n. 13, passim in interioribus truncis. Specimina perpulchra teneo ex navibus bellicis classis americanae in Lacu Erie constructae, et post paucos annos ab hoc hoste funguloso destructae—hostis Britannici quanquam victrix fuit.  
 \*2779. 12. *D. lintaceum*, Lk. n. 21, rarius in truncis, Bethl.  
 2780. 13. *D. RAMOSUM*, L. v. S., Syn. Car. 1362, Racodium. In ramulis Andromedae arboreae, Salem nec Bethl.  
 2781. 14. *D. SMILACIS*, L. v. S., Syn. Car. 1329, etiam satis frequens Bethl. in smilacibus.  
 \*2782. 15. *D. EPISPHERICUM*, L. v. S., passim in exsoletis Sphaeriis, Bethl. Non est Cladosporium. D. fasciculatum contextum ex filis badiis et fuscis, articulatis, ramosis. Fasciculis minutis erectis.  
 2783. 16. *D. papyraceum*, Lk. n. 23, frequens intra ligna cariosa Salem et Bethl. Syn. Car. 1359. Vix autonomon.  
 2784. 17. *D. aeruginosum*, Pers., Syn. Car. 1360, et Pennsylv. frequens.  
 \*2785. 18. *D. Corium*, Pers. Myc. Europ. vulgatissimum in fissuris truncorum, Pennsylv. et Carolina.  
 \*2786. 19. *D. lanatum*, Lk. 22, in interiori trunco, Bethl.  
 2787. 20. *D. CINNAMOMEUM*, L. v. S., Syn. Car. 1361. Racodium, passim et Bethl.  
 Quinque ultimae species, Xylostromata auctorum, sunt. Assentio Friesio, degeneraciones variorum Hymenomycetum in suffocatis mihi sunt, et quidem talis plerumque, quae ex Polyporum aut Agariorum in lignum penetrantibus partibus radicantibus degeneratis oriuntur: ita nempe, ut nisus vegetativus omnino in pseudo-radice abiens, formationes Pilei et evolutione perfecta ceterorum organorum carent.

## Genus 206. OZONIUM. S. V. F. p. 302, Byssac.

2788. 1. *O. auricomum*, Lk. p. 133, n. 1, Syn. Car. 1328, Demat. strigosum, Salem et Bethl.

2789. 2. *O. stuposum*, Lk. n. 2. Bethl. in trabibus dejectis putridis.

Duæ hæc species, sæpissime observatæ sine dubio genuinæ sunt et locum sibi vindicant byssaceum quem iis Friesius tribuit. Nullimodo autem ceteris congruunt—valde distinctis, quibus me censente nomen genericum *Himantia* debetur videlicet.

### Genus 207. HIMANTIA. Myc. Europ. p. 88.

\*2790. 1. *H. cellaris*, Pers. Myc. Europ. I. p. 89, apud nos Bethlehemis tam distincta et Persoonianæ congrua, nec cum *Thelephora*, *H. domestica* eadem, ut vix dubitare possum ut sit autonomon.

\*2791. 2. *H. subcorticalis*, Pers. Myc. Europ. I. p. 92, n. 15. Quam ante oculos habeo, et frequentem inveni intra corticem et lignum truncorum, et quidem sæpius ulnarem immo triulnarem—nullimodo, pro mycelio habendam censeo. Congener est prioris.

*H. lateritia* est *Clavaria* aut *Typhula*: *H. candida* Sporotrichum et idem *H. epiphylla* ex subgenere *Byssocladium*.

Genus FIBRILLARIA. Lk. p. 140, (*F. felina* nobis non obvia)—procul ullo dubio eliminandum, vide *F. S. V.* p. 217. *F. Arbuscula*, Lk. n. 2, est ut *F. vestita*, *F. implexa* et *F. subterranea* initium radicale Agaricorum, Hydnorum, Polyporum, &c. truncularum. Sed quid revera sint duæ sequentes insignes frequentissime in Carolina et Pennsylvania observatæ non valeo dijudicare et ideo pro futuro examine hoc loco et nomine adoptato describam.

### Genus 208. FIBRILLARIA, L. v. S., non Linkii.

2792. 1. *F. crocea*, L. v. S., Syn. Car. 1370, Rhizomorpha omnino perperam. Vulgata est apud nos in truncis—nullimodo radiculis similis, nec Rhizomorphis nec Linkii Fibrillariis. Sæpe 6 uncias et ultra longa.

\*2793. 2. *F. complanata*, L. v. S. In truncis latere interno, ad insignem latitudinem ac longitudinem expansa.

Ramosissima, alba, complanata, quasi ex stipite longo emanante, in ramos demum tenuissimos flabellatim divisa. Substantia prioris.

*Hypha bombycina*, Lk. p. 141, unica a me apud nos sed frequenter in truncis quercinis, jacentibus observata tempore udo et tactu evanescens—degeneratum aut potius luxurians est initium *Hypomycetes mucedinei* cujusdam.

### Genus 209. PHLEBOMORPHIA. Pers. Myc. I. p. 61.

Exclusis Mesentericis, quæ procul dubio sunt initia Trichospermorum—nam omnes mihi notas in pyxide botanica asservatas vidi in fungos trichospermos transformavi—duæ sequentes species omnino alius indolis non possum non pro vegetabilia autonoma habere.

\*2794. 1. *P. rufa*, Pers. Myc. p. 61, n. 1, elegantula passim obvia in cariosis udis, Salem et Bethl.

\*2795. 2. *P. arbuscula*, L. v. S., ad interiora latera corticis dejecti subsicci, Bethl.

*P.* omnino refert picturam arbuscularum nigrarum juxta positarum, non ex uno centro sed quasi sylvam formantium. Plerumque transversim positæ sunt et ex nigris fibrillis compositæ. Trunco nempe ramificato, plicatim elevato, intus albescente, abiente in innumeros ramulos attenuatos, cum ipso trunco quasi conflatos ex flexuosim unitis flocculis, versus basin satis crasso; in ambitu tenuissimæ, deveniunt ramificationes. Arctim et inseparabiliter cortici adhaerens. Arbusculæ plurimæ plusquam unciali longitudine. Sed etiam multo minores. Credideris picturam sylvulæ hybernalis ante oculos positam—occupantem 3—6 uncias.

## Genus 210. ERINEUM.

Pauca sunt praemonenda in hoc Genus vexatissimum quod viris optimis, Friesio, Kunze, Schlechtendahl, &c., ambabus suis subgeneribus, Phyllerio et Erineo nec non Taphrina F. p. 315—317, S. V. F. tam evidenter videtur meram degenerationem pilorum aut cellularum et inde Byssaceas spurias sistere. Asserta illorum—oppugnare procul sit. Non pygmei est gigantibus bellum inferre; et lubenter fateor, inter Phylleria praesertim, plures species militare, quae etiam mihi tales deformationes nec aliud videntur, v. c. E. Juglandis, nervale, &c. et ex nostris E. Pruni, L. v. S. Sed aliae, et quidem prae ceteris plurima Erinea propria (Rubigines Linkii Obs. L.) nostro mirando E. anomalo auctae—non tam confidenter possum ad meras degenerationes, quanquam regulares, ut *Bedequar Rosarum, Gallae*, &c. v. p. 316, F. S. V. referre. Nam quomodo, v. c. possum Erinea in foliis glaberrimis Betulae, Aceris, Populi, prae ceteris autem Fagi orta pro talibus habere non video. Quid autem sint, an Byssaceae verae, ut suspicor, nec ne non valeo dijudicare. Forsan melius determinandum post perfectiorem cognitionem ingentis molis horum mycomorphorum, quae secundum imperfectas jam notas observationes in foliis vivis Tropicis degunt. Interea, hoc loco, americana mihi obvia Erinea recensenda placet.

\*1. *Phylleria*.

- \*2796. 1. E. *quercinum*, Lk. p. 148, n. 7, (non Syn. Car. n. 1352—quod non Erineum nec vegetabile bene monente Kunze) frequens in foliis quercinis Bethl.  
 2797. 2. E. *acerinum*, Lk. n. 10, frequens in A. rubro Carol. Syn. Car. 1358.  
 \*2798. 3. E. *semydophilum*, Lk. n. 11, in foliis betulinis Horti Nazareth.  
 2799. 4. E. *Vitis*, Lk. n. 13, est idem cum Syn. Car. 1353, et frequens occurrit etiam Bethl.  
 \*2800. 5. E. *alnigenum*, Lk. n. 18, frequens in foliis Alni undulatae prope Meadville in Pennsylv.  
 2801. 6. E. QUERCUS CINEREAЕ, L. v. S., Syn. Car. 1354, bonum—sed non in Pennsylv.  
 \*2802. 7. E. PRUNI, L. v. S., nervos Pruni virginianae sequens ex New York, communicavit Halsey.  
 E. an hujus generis? Floccis longis subrectis utrinque circum nervum folii centralem densissime sitis, in pagina aversa colore badio-ferrugineo, ad 2—3 linearem longitudinem extensis nec intricatis aut saltem parum. Demum etiam circum nervos secundarios apparet.

\*2. *Erinea propria*.

2803. 8. E. *roseum*, Lk. n. 25, Syn. Car. 1349, betulinum frequens in Betula nigra, Salem et Bethl.  
 \*2804. 9. E. *betulinum*, Lk. n. 26, in B. nigra, Bethl.  
 \*2805. 10. E. *platanoideum*, Lk. n. 28, in foliis Aceris saccharin., Bethl.  
 2806. 11. E. *fagineum*, Lk. n. 32, Syn. Car. 1350, vulgatissim. et Salem et Bethl.  
 \*2807. 12. E. *Pyraeanthae*, Lk. n. 34, in foliis Crataegi punctatae, Bethl. rarius.  
 \*2808. 13. E. *purpurascens*, Lk. n. 36, frequens Bethl. in Acerinis foliis.  
 \*2809. 14. E. LINEOLA, L. v. S., frequens et distinctissimum in foliis Betulae carpinifoliae (lente) nec alibi, Bethl.  
 E. caespitibus linearibus, aggregatis, subparallelis, confluentibus, satis crassis—interdum longis, quasi lineolas efficientibus, angustis, amoene purpureis. In aversa pagina folii paulisper tantum in superiori depressi.  
 \*2810. 15. E. ANOMALUM, L. v. S., valde abnorme—tamen nullimodo dubitandum de genere. In petiolis foliorum Juglandis nigrae et J. cinereaе, neque alibi, pervulgatum.  
 E. petiolis innatum, in tuberculo si vis, plerumque scutelliforme—saepe  $\frac{1}{4}$  uncialis diametri; interdum pluribus talibus tuberculis confluentibus aut aggregatis ita ut semiunciam occupant. Margine conspicuo gaudent, et hoc subiculum scutellatum, intus, sectione, esse durum, nigrum demonstratur, quanquam extus colorem et indolem petioli servat. Jam in folio vigente, observatur frequentissime—in dejecto tandem omnino evolutum. Tum in disco scutellae, apparent densissime intricati flocci, articulati crassi, torti, ferruginei, constructione omnino E. alnei. Colore floccorum primum ac in viginti petiolo, pallidior, demum ime rubro-ferrugineo.  
 Memorabile mihi videtur in Tiliarum foliis apud nos, nunquam me invenisse ulla vestigia Erinei aut Phyllerii tam vulgati in Tiliis europaeis. An causa sit, quod plerumque Tiliae europaeae sub cultro gementes, aptiores devenient fungos epiphytos producere, ut sane in aliis arboribus mihi innouit ni fallor. Miratus sum ceterum mihi obviam facta in America tam pauca Erinea, nec ullum, E. anomalo excepto, in foliis non analogis Europaeis arboribus talia producentibus.

## CLASSIS QUINTA. GYMNOAMYCETES (Entophytae et Tubercularini Friesii).

### Series I. ENTOPHYTAE.

#### Genus 211. CAEOMA.

##### a. SUBGEN. UREDO.

##### 1. *Ustilago*.

2811. 1. C. U. *segetum*, Lk. II. p. 1, n. 1, Syn. Car. 483, frequens in variis segetalium fructus, Salem et Bethl.
2812. 2. C. U. *ZEAÆ*, L. v. S., Syn. Car. 465, frequens etiam Pennsylv. Lk. p. 2, n. 3, non diversum, quoad descriptionem, sed nostrum giganteum. Nam observatio mea in Syn. Car. de *pulvere capillaceo* erronea est. Primo ad aspectu revera ita se habent Sporidia, sine deceptione oculorum, sporidiis nempe invicem adglutinatis, quasi flocci spurii oriuntur, qui autem aquae immersi omnino solvuntur in sporidia globosa viridiatro-cinerea. Ceterum germina ab Caemate hoc infesta mire intumescunt. Inveni talia germina interdum ad uncialem diametrum, immo biuncialem distentia. Fungus, primo statu evolutionis in centro germinis, nascit gradatim quasi totum albumen occupans, epidermidem distentans ita, ut demum fere diaphana devenit antequam rumpitur. Passim servat formam originalem, et passim varie contortam reddit. Maculam nullam observavi.
2813. 3. C. U. *Caricis*, Lk. n. 11, Syn. Car. 484, et Bethl. ubi plerumque Caricem Buxbaumii infestat.
- \*2814. 4. C. U. *utriculosum*, Lk. n. 23, in perigynis Polygoni amphibii in Lacu Leboeuf prope Waterford, Erie County, Pennsylv.
2815. 5. C. U. *SYNTHESISMAE*, L. v. S., satis frequens in calycibus et germinibus Syntherismae (*Digitalariae*) in Carol.
- C. in vaginis etiam junioribus sese ostendit ante evolutionem. Sporidiis cinereo-atro viridibus, laxissime effusis inquinantibus.
- \*2816. 6. C. U. *JUNCI*, L. v. S., rarissime in vaginis umbellarum et germinibus Junci tenuis, Salem et Bethl.
- C. aterritum, longitudinaliter in glumis effusum, primum tectum cortice quasi spurio nigronitido. Sporidiis minutissimis conglutinatis. An idem *Ustilago* in *Rhynchosporis* rarissime obvia, sporidiis majoribus.

##### 2. *Rubigines*.

- \*2817. 7. C. U. *Rubigo*, Lk. n. 9. Halsey ex New York in cerealibus.
2818. 8. C. U. *linearis*, Lk. n. 8, Syn. Car. 464, in foliis cerealium Salem, Bethl. et ubique.
- \*2819. 9. C. U. *rimosum*, Lk. n. 14, rarius in Scirpis juxta Hope Novae Cesareae.
- \*2820. 10. C. U. *ANDROPOGI*, L. v. S., in foliis *Andropogi avenaceae* Bethl. rarius et affinis C. longissimo, a quo differt praesertim macula purpurascens manifesta.
- C. maculis longissimis, angustis purpurascens. Acervis longissimis parallelis etiam angustatis, erumpentibus longitudinaliter ex epidermide elevata. Sporidiis demum laxè effusis globosis, rufifuscis.
- \*2821. 11. C. U. *IRIDIS*, L. v. S., frequens in foliis marcidis Iridis virginicae, Bethl.
- C. affine C. Lillii; maculis flavescens, acervis rotundis ovalibus non circinnatis positae, sed dispersae; primum tectis epidermide, satis elevatis. Sporidiis copiosis subpedicellatis, fulvo-ferrugineis, demum effusis. Nunquam nigrescunt sporidia ut in C. Lillii.
2822. 12. C. U. *SMILACIS*, L. v. S., Syn. Car. 471, Link. n. 22, et Bethl. in *Smilacis* foliis.
2823. 13. C. U. *Labiatarum*, Lk. n. 34, Syn. Car. U. *Clinopodii*—469, et Bethl. in *Pycnanthemis*.

2824. 14. C. U. *IPOMEAE*, Syn. Car. 468, Lk. n. 38, non Pennsylv.
2825. 15. C. U. *ELEPHANTOPODIS*, L. v. S., Syn. Car. 467, Lk. 54, solummodo in Carolina.
2826. 16. C. U. *SOLIDAGINIS*, L. v. S., Syn. Car. 472, vulgatum et Pennsylv.
2827. 17. C. U. *TEREBINTHINACEAE*, L. v. S., Syn. Car. 473, non in Pennsylv.
- \*2828. 18. C. U. *HELIANTHI*, L. v. S., rarius in foliis *H. gigantei*, Bethl.  
C. maculis oblitteratis. Acervis aggregatis nudis pulvinatis, densis, flavo-rubris, primum subsolidis, demum spargentibus sporidia minuta aurantio-rubra.
- \*2829. 19. C. U. *ANEMONIS*, L. v. S., in aversa pagina *Anemonis quinquefoliae*, Bethl. rarum.  
C. maculis lutescentibus majusculis. Acervis subrotundis dilatatis, parum elevatis, Sporidiis pallidis.
2830. 20. C. U. *Campanularum*, Lk. 44, in *C. amplexicaule*, Syn. Car. 465, et. Bethl.
2831. 21. C. U. *Onagrarum*, Lk. 32, Syn. Car. *Circaeae*, 466, et. Bethl.
2832. 22. C. U. *miniata*, Lk. 84, Syn. Car. 463, Salem et Bethl.
- \*2833. 23. C. U. *ruborum*, Lk. 86, frequens, Bethl.
2834. 24. C. U. *Potentillarum*, Lk. 87, Syn. Car. 461, in *Potentilla canadensi* frequens et Pennsylv.
2835. 25. C. U. *AGRIMONIAE*, L. v. S., saepe omnino obtegens paginam inferiorem *Agrimoniae*, perperam ad *U. rosae*, Syn. Car. 462.  
C. maculis lutescentibus. Acervis minutis, confluentibus, amoene rubro aurantiacis sporidiis, demum decolorantibus.
- \*2836. 26. C. U. *Filicum*, Lk. n. 101, in Aspidiis, ex New York, communicavit Dr. Torrey.
- \*2837. 27. C. U. *TEUCRII*, L. v. S., rarissime in foliis *Teucris virginicae*, Bethl.  
C. maculis oblitteratis. Acervis densim congestis maculariformibus, effusis, eleganter rubris. Sporidiis minimis subcoccineo-ruberrimis.
2838. 28. C. U. *AZALEAE*, L. v. S., Syn. Car. 470, minima frequens in foliis *Azaleae nudiflorae*, Bethl. et Salem.  
C. maculis oblitteratis, acervulis in pagina aversa, primum subconicis, minutis, aurantiacis, demum effusis. Sporidiis minutissimis, decolorantibus, et inaequalibus, pyriformibus nempe immixtis globosis.
3. *Fuscescentes et Nigredines.*
2839. 29. C. U. *ARI VIRGINICI*, L. v. S., Syn. Car. *Caladii*, 480, Lk. n. 21. Non est *Caladium* sed *Arum* in quo invenitur frequenter, et in Pennsylvania.
2840. 30. C. U. *SPERMACOCES*, L. v. S., Syn. Car. *Puccinia* 502, Lk. n. 57, elegans. Sporidiis *non septatis*, et Philad.
- \*2841. 31. C. U. *CHAEROPHYLLI*, L. v. S., in foliis *Chaerophylli* aut *Myrrhis Claytoni* Penns.  
C. maculis oblitteratis: acervis rotundis, sparsis et aggregatis etiam subconfluentibus, epidermide demum rupta, apertis. Sporidiis effusis globosis, ex tabacino nigris, splendentibus.
- \*2842. 32. C. U. *HYPERICI*, L. v. S., in caulibus *Hyperici ignoti* rarius in Carolina; non idem cum *C. hypericorum*, Lk.  
C. maculis in caule piloso-strigoso, purpureis: acervis sparsis, acuminato-ovatis, bullatis, elevatis, epidermide rupta cinctis. Sporidiis fusco-purpureis, demum effusis.
2843. 33. C. U. *HEUCHERAE*, L. v. S., Lk. 79, Syn. Car. 479, non in Pennsylv.
- \*2844. 34. C. U. *apiculolum*, Lk. p. 90, in *Phaseolis* Bethl. Syn. Car. 478.
2845. 35. C. U. *appendiculosum*, Lk. 91, Syn. Car. 477, et. Bethl.
2846. 36. C. U. *punctuosum*, Lk. 93, Syn. Car. 474, scutellata etiam Bethl. in *Euph. hypericifolia*.
2847. 37. C. U. *Leguminosorum*, Lk. 92, Syn. Car. 476, *Viciae* in *Vicia Faba*, Bethl. et Salem.
- \*2848. 38. C. U. *LOBELIAE CARDINALIS*, L. v. S., rarius in pagina aversa foliorum *Lobel. card. Naz.*  
C. maculis oblitteratis, acervis effuso-confluentibus, non elevatis nec epidermide cinctis. Sporidiis effusis, pedicellatis, chocolatio-purpurascensibus.
- \*2849. 39. C. U. *THALICTRI*, L. v. S., rarissime sed pulchrum in foliis *Thalictri cornuti*, Bethl.  
C. macula nulla. Acervis pulvinatis subrotundis—diametro lineari et ultra, late aggregatis, epidermide subcinctis. Sporidiis grossiusculis e chocolatio-fuscis.
- \*2850. 40. C. U. *BRUNNEUM*, L. v. S., in folio ignoto ex collectione clarissimi Collins, Philad.  
C. macula lutescente, in pagina superiori. Acervulis applanatis, difformibus, varie confluentibus. Sporidiis minutis, brunneo-fuscis, primum conglutinatis.
- \*2851. 41. C. U. *CHELIDONII*, L. v. S., rarissimum. In foliis *Chelidonii* ex New York missis.



C. macula lutescenti. Acervulis difformibus, aggregatis confluentibus. Sporidiis majusculis fuscis et nigris, ovalibus, laxim diffusis.

4. *Albugo*.

2852. 42. C. U. *candidum*, Lk. 102, Syn. Car. 481 et 482, in foliis cruciferarum; in Portulacca oleraceae, &c. frequens et Pennsylvania.  
 \*2853. 43. C. U. AMARANTHI, L. v. S., in aversa pagina foliorum A. paniculatae, Bethl. passim.  
 C. affine *candido* sed multo majus; acervis pseudo-peridiosis confluentibus, bullatis, subconcentricis, plerumque ruptis. Sporidiis ex albo-lutescentibus, majusculis.

5. *Sporidiis inaequalibus*.

- \*2854. 44. C. U. *gyrosum*, Lk. 105, in foliis Rubi Idaei, Bethl.  
 \*2855. 45. C. U. *cylindricum*, Lk. 108, in Populo italica, Bethl.  
 \*2856. 46. C. U. *epiteum*, Lk. 112, in foliis Salicis nigrae fere totum arborem occupans, Bethl.

β. SUBGEN. AECIDIUM.

- \*2857. 47. C. A. *Convallariatum*, Lk. 114, in foliis Smilacinae racemosae, Bethl. rarissime.  
 2858. 48. C. A. UVULARIATUM, L. v. S., Syn. Car. 453, vix ut vult Link. n. 116, ad C. Alliatum.  
 Maculis nempe parvis, nunquam  $\frac{1}{2}$  unciam excedentibus, etiam candidis ab Alliato differt.  
 2859. 49. C. A. SMILACINATUM, L. v. S., Syn. Car. 452, Lk. 117, nondum obvium in Pennsylv.  
 2860. 50. C. A. AROIDATUM, L. v. S., Syn. Car. 457, *Caladii* in Aro virginico Salem.  
 \*2861. 51. C. A. DRACONTINATUM, L. v. S., frequens in foliis et petiolis etiam in scapis Ari dracontii, Bethl. Non idem cum priori. Etiam Salem.  
 C. maculis pallidis, late extensis in folio, fere totum saepe occupantibus. Pseudoperidiis magnis, sparsis, crebris, sine ordine in macula dispositis. Sporidiis aurantiacis.  
 \*2862. 52. C. A. *rubellatum*, Lk. n. 120, rarius in variis Rumicibus, Salem et Bethl. Plerumque macula sterili.  
 2863. 53. C. A. *Lysimachiatum*, Lk. 126, Syn. Car. 438, omnino idem. In Pennsylvania plerumque in L. racemosa.  
 2864. 54. C. A. PENTSTEMONIATUM, L. v. S., Syn. Car. 449, Lk. p. 47, solummodo in Carolina observatum.  
 2865. 55. C. A. APOCYNATUM, L. v. S., Syn. Car. 448, Lk. n. 135, nondum in Pennsylv.  
 2866. 56. C. A. CONVULVULATUM, L. v. S., Syn. Car. 454, frequentissimum etiam in Pennsylv. in C. pandurato.  
 2867. 57. C. A. *Compositatum*, Lk. n. 139, et in Pennsylv. frequens.  
 α *Prenanthis* in Krigia, Salem, Syn. Car. 434.  
 β *Eupatoriae*, Bethl. in E. purpureo frequens.  
 \*2868. 58. C. A. HIERACIATUM, L. v. S., passim in foliis H. paniculati et maculati, Bethl.  
 C. maculis ime purpureis late effusis. Pseudoperidiis circinatis, in centro maculae, marginibus elegantius fimbriatis. Sporidiis aurantiis.  
 \*2869. 59. C. A. ERIGERONATUM, L. v. S., rarius sed maximum in E. heterophyllo, Bethl.  
 C. maculis maximis lutescentibus, quasi crassis. Pseudoperidiis densim sparsis sine ordine elevatis. Sporidiis lutescentibus.  
 2870. 60. C. A. ASTERATUM, L. v. S., Syn. Car. 444, Lk. 143, vulgaris praesertim in A. paniculato. Optime cum hoc jungit Linkius C. Solidaginis, Syn. Car. 446, et C. Verbesinae 445. Sed C. Helianthi non hujus loci.  
 2871. 61. C. A. HELIANTHATUM, L. v. S., Syn. Car. 450 in H. molli frequens. Rarum in Pennsylv.  
 \*2872. 62. C. A. TRACHELIPOLYATUM, L. v. S., passim in foliis Helianthi trachelifolii, Bethl.  
 C. maculis late effusis lutescentibus aut rufis, confluentibus magnis. Pseudoperidiis in centro densissime aggregatis quasi stipatis et invicem adpressis, et inde subangulatis, satis elevatis; non fimbriato margine. Sporidiis flavis demum decolorantibus.  
 \*2873. 63. C. A. GNAPHALIATUM, L. v. S., memorabile et valde vulgatum sero autumno in foliis, (aversa pagina) etiam in caulibus lanatis Gnaphalii polycephali, Bethl.  
 C. hypophyllum, in lana foliorum et caulis primum involutum. Maculis plus minusve effusis lutescentibus. Pseudoperidiis tantum paucis, sed densim approximatis, saepissime etiam simplicibus,

- longissimis, candidissimis, cylindricis, apice fimbriatis. Sporidiis aurantio-luteis. Est affinitas formae peridii cum *C. Pini*.
2874. 64. *C. A. CLEMATITATUM*, L. v. S., Syn. Car. 447—et in Pennsylv. lectum—species bona.
2875. 65. *C. A. Ranunculaceatum*, Lk. 150. Frequens Carolina (Syn. Car. 440) et Pennsylv. in variis Ranunculis, v. c. *R. abortivo* et aliis.
- \*2876. 66. *C. A. CIMICIFUGATUM*, L. v. S., pulcherrimum, rarius in foliis Cimicifugae racemosae, Bethl. In plantis talibus, fere omnia folia infestat.
- C. maculis magnis orbiculatis luteis bullatis. Pseudoperidiis in pagina inferiori, concentricis, longissimis, cylindricis, apice primum clausis, demum subfimbriatis. Sporidiis aurantiacis albescentibus.*
- \*2877. 67. *C. A. HIBISCIATUM*, L. v. S., in foliis Hibisci militaris, Bethl. cult. non rarum.
- C. maculis orbiculatis lutescentibus, confluentibus. Pseudoperidiis, irregulariter sed densim sparsis tenuibus luteis. Sporidiis non compactis sed laxis lutescentibus.*
- \*2878. 68. *C. A. HEPATICATUM*, L. v. S., vix ad *C. quadrifidum*, Lk. n. 152. In foliis degeneratis i. e. non trilobis, sed quasi reniformibus et multilobis Anemones hepaticae passim, Bethl.
- C. Maculae omnino expers; folium autem cui insidet degeneratum. Pseudoperidiis maximis latis, margine exacte quadrifido revoluto, laciniis latis, brunneis. Sporidiis fuscobrunneis. Totum folium occupat.*
2879. 69. *C. A. Geraniatum*, Lk. 156, in foliis Geranii maculati et *G. caroliniana*. Omnino idem cum europaeo. Syn. Car. 443.
2880. 70. *C. A. IMPATIENTATUM*, L. v. S., Syn. Car. 442, Lk. pag. 57, in nota etiam Bethl.
2881. 71. *C. A. Berberidatum*, Lk. 157, in Berberide canadense Carolina.
- \*2882. 72. *C. A. grossulariatum*, Lk. 162, valde frequens in variis speciminibus Grossulariae montibus Pennsylv.
2883. 73. *C. A. HYPERICATUM*, L. v. S., Syn. Car. 451, Lk. 159, passim etiam prope Philadelphia.
2884. 74. *C. A. Violatum*, Lk. 158, Syn. Car. 439, in foliis variarum Violarum Carolinae et Pennsylv. v. c. *V. cucullatae*, *obliquae*, *hastatae* et *talium*.
- \*2885. 75. *C. A. PEDATATUM*, L. v. S., quibusdam annis pervulgatum in foliis petiolisque *Violae pedatae* Bethl.
- C. maculis minutissimis valde elevatis et pro ratione crassis purpurascensibus, fere undique tectis pseudoperidiis majusculis subaltis, subcylindricis. Sporidiis pallidis.*
- \*2886. 76. *C. A. SAGITTATUM*, L. v. S., in foliis *Violae sagittatae* Bethl. Vix idem.
- C. maculis purpureis, sed lutescentibus in aversa pagina. Pseudoperidiis parum elevatis, sine ordine sparsis in maculis bullatis, pallidis. Sporidiis concoloribus.*
2887. 77. *C. A. LUMINATUM*, L. v. S., Syn. Car. *nitens*, 458, etiam frequens in Pennsylvania in *Rubo*. Folia quae cum tota planta ab hoc *Aecidia* infestantur (semper quidem ejusdem anni) omnino degenerata.
2888. 78. *C. A. PODOPHYLLATUM*, L. v. S., Syn. Car. 435. Linkius ob verba mea inaccurata in Syn. Car.—“sporidiis bilocularibus,” inserta Calami lapsu, ex descriptione *Puccinae* *Podophylli*—fungi omnino alius—hoc *Aecidium*, omnium ingentissimum inter *Puccinias* locavit perperam. Occurrit saepe nostrum, maculis crassis bullatis, et folia lata *Podophylli* torta et deformata reddens—diametro 4—6 unciali. Pseudoperidiis in centro locatis, parum elevatis densissime stipatis, satis magnis et innumeris. Margine autem maculae semper sterili. Sporidia non bilocularia sunt.
- \*2889. 79. *C. A. TENUE*, L. v. S., in foliis *Eupatorii* *ageratoidis* rarius, Bethl.
- C. macula lutescenti, evanescente, tenuissima. Pseudoperidiis sparsis, parum elevatis, sed, quod peculiare, in ambabus paginis prorumpentibus—clausis in superiori, apertis in inferiori. Sporidiis pallidis.*
- \*2890. 80. *C. A. EUPHORBIAE HYPERICIFOLIAE*, L. v. S., in foliis *E. hypericifoliae* frequens Salem et Bethl. Non est idem cum *C. euphorbiatum* Lk. nec folia degenerata reddit.
- C. maculis parvis, ime purpureis in pagina superiori, lutescentibus in inferiori. Pseudoperidiis aggregatis subconice elevatis et quasi excavatis. Sporidiis aurantiis.*
- \*2891. 81. *C. A. HOUSTONIAMATUM*, L. v. S., rarius, sed ubi invenitur copiosissime in foliis caulinis et pedunculis *Houstoniae* *coeruleae*, Bethl.
- C. sine distincta macula. Pseudoperidiis elevatis pallidis subconicis, apice contracto, et quasi excavato. Sporidiis aurantiacis. Infecta et sudegenerata planta tamen floret.*

- \*2892. 82. C. A. CLAYTONIATUM, L. v. S., in C. virginicae ex New York. Dr Torrey communicavit. C. fere simplex et sine macula, occupans tota folia. Pseudoperidiis latis sparsis. Sporidiis aurantiacis.
- \*2893. 83. C. A. PYROLATUM, L. v. S., in pagina aversa foliorum Pyrolae rotundifoliae. Dr Torrey. C. emaculata. Pseudoperidiis sparsis, totum folium occupantibus sed non transformantibus, pulvinato-elevatis pallidis aut aurantiis cum sporidiis. His demum excussis, linquantur cavitates pezizomorphae in folio.
- \*2894. 84. C. A. MYRICATUM, L. v. S., in foliis et praesertim in petiolis Myricae ceriferae mihi communicatae ex New York ab amicissimo Dr Torrey. C. maculis in petiolis valde intumescens atropurpureis, in siccis nigris ex quibus propullant crebra pseudoperidia, majuscula, latius aperta, brunnea, sporidiis lutescentibus repleta.
- \*2895. 85. C. A. OSMUNDATUM, L. v. S., in frondibus Osmundae spectabilis invenit et communicavit Torrey, sed siccitate tam destructum ut non possit rite describi: species tamen evidenter distincta, sporidiis ferrugineis.
- \*2896. 86. C. A. PYRATUM, L. v. S. rarius in foliis Pyri coronariae Bethl. Omnino non idem cum C. Roesteliti. C. maculis in pagina superiori orbiculatis, rubris in ambitu ochraceis, centro nigrescentibus. In aversa pagina apparent pseudoperidia creberrima, subconcentrica, parum tantum elevata margine eleganter multifido-fimbriato; fimbriis rectis, nullimodo revolutis, divergentibus, pallidis. Sporidiis fuscis.
- \*2897. 87. C. A. SAMBUCIATUM, L. v. S., Syn. Car. 441, frequens in petiolis et foliis Sambuci canadensis, etiam Bethlehem. Diagnosis ulterior sequens. C. maculis intumescens saepe maximis (i. e. 2 uncialibus) in petiolis, pallescentibus. Pseudoperidiis magnis, crebris elevatis, aurantiacis aut pallidis, margine fusco. Sporidiis aurantiofulvis, decolorantibus. In foliis omnia multo minora—pseudoperidiis densim aggregatis.
2898. 88. C. A. URTICATUM, Lk. n. 169. Syn. Car. 436, in Urtica rarissime. Salem, etiam ibidem in Cynoglossio amplexicaule.

#### γ. SUBGEN. ROESTELIA AUT CERATITES.

2899. 89. C. R. *Cylindrites*, Lk. n. 172. Syn. Car. 432, sub hoc nomine complectuntur sequentia Caemata specie forsitan separanda.
- α. C. *Crataegi punctatae*, pseudoperidiis divergentibus fibrosis, medio intumescens—albidis. Pennsylvania.
- β. C. *Crataegi arborescentis* maculis parvis rubris pseudoperidiis non fibrosis, difformibus fuscis. Prope Fayetteville Carolinae.
- γ. C. *Oxyacanthae* maximum, valde frequens prope Philadelphia in saepibus.
- δ. C. *Mali* in foliis Pyri mali et coronariae, maculis parvis sed effusis. Pseudoperidiis minutis.
2900. 90. C. R. *Roestelites*, Lk. 173. Aecid. cancellatum, Syn. Car. 433. Bethlehemis est pomarium antiquum, gaudens arboribus Pyri mali ingentibus. Sero autumno plura folia horum arborum per 6—7 annos, ita tecta vidi ab hoc fungo, ut e longinquo folia rubra videntur.
2901. 91. C. R. FRAXINITES, L. v. S., Syn. Car. 430, Lk. 170, Aecidium fraxini. Potius huc locandum, passim Bethl. in fraxinis foliis.
2902. 92. C. R. BOTRYAPITES, L. v. S., rarissime obvium in foliis Aroniae botryapium Bethlehem; sed ubi occurrit—satis frequens. C. omnino distinctum—macula flavescent; ochracea satis effusa. In aversa pagina observantur pseudoperidia centralia aggregata ut tuberculi, globosa, luteoviridia, primum obtuse conica et quasi clausa, demum subaperta et in ore multo-fimbriata, fimbriis spadiceis flexuosis. Sporidiis parvis umbrinis. Pseudoperidiis paucis, imo interdum unico.

#### δ. SUBGEN. PERIDERMIIUM.

2903. 93. C. P. *Pineum*, Lk. 175, Syn. Car. 456. In Pennsylvania prope Philadelphia et alibi non rarum. Specimina ampla, pedalia, in ipso trunco Pini inopis mihi obvia, analogon praebuerunt Gymnosporangii Juniperini.
- \*2904. 94. C. P. GERMINALE, L. v. S., rarissime in germinibus Rosae. Clarissimus Collins mihi communicavit.

C. pseudoperidiis longissimis, cylindraceis, subcompressis demum candidis, fimbriatis, fimbriis ad fundum fissis subsolutis. Sporidiis effusis pallidis. Pseudoperidia orientia ex foveolis in germine, sine ulla macula, saepe tres lineae longa sunt.

Genus 212. PUCCINIA. Lk. et *Dicaeoma*, Fr.

2905. 1. *P. Graminis*, Lk. n. 1, Syn. Car. 492, Vulgatissima etiam Pennsylvaniae in graminibus.
- \*2906. 2. *P. striola*, Lk. n. 2, in variis Cyperaceis et graminibus Bethlehem.
2907. 3. *P. ARUNDINARIAE*, L. v. S., Syn. Car. 487, Lk. p. 68, in nota. Optima species etiam in *Miegia* (*Arundinaria*) culta in Horto Bartrami Philad.
- \*2908. 4. *P. punctum*, Lk. n. 3, in Caricibus et Scirpis, Bethl.
- \*2909. 5. *P. Scirpi*, Lk. n. 4, in variis Scirpis, Bethl.
- \*2910. 6. *P. SORGHII*, L. v. S., frequens in foliis Sorghi et Zeae cultae, Bethl.  
*P. emaculata*. Acervis latis difformibus varie lobatis, primum epidermide tectis, demum denudatis sed in margine cinctis et tum epidermide lacerata Acervis saepe etiam, quasi versus centrum internum lobatis—2—4 lineas longis latisque. Majores acervi ad nervos foliorum occurrunt. Sporidiis aterrimis grossis, breviter pedicellatis.
- \*2911. 7. *P. ANDROPOGI*, L. v. S., frequentissima autumnum in foliis culmisque etiam vaginis variarum specierum Andropogi, Bethl.  
*P. maculis oblitteratis*, acervis dense aggregatis, elevatis, fuscis, obtusis, linearibus, abbreviatis. Sporidiis fuscis. Quanquam non confluit, tamen fere tota folia occupat.
- \*2912. 8. *P. EMACULATA*, L. v. S., passim in foliis Panicorum, praesertim Panicis pubescentis in campis Bethl. et Philad.  
*P. omnino emaculata*; primum acervis totis tectis rarioribus sparsis erumpentibus; demum saepe confluentibus, minutis, abbreviatis, angustis, parallelis, utrinque plerumque acuminatis. Sporidiis aterrimis, minoribus; aquae immersis, fusciscentibus.
- \*2913. 9. *P. JUNCI*, L. v. S. in culmis *J. effusi*, Bethl. freq.  
*P. vix maculata*; acervis irregularibus prorumpentibus epidermide subtectis, latiusculis, applanatis. Sporidiis grossis nigrofuscis.
- \*2914. 10. *P. WINDSORIAE*, L. v. S., in foliis Windsoriae (*Poae*) quinquentatae, Bethl.  
*P. maculis lutescentibus*, demum evanidis. Acervulis longis, linearibus, undulatis, prominulis, ex epidermide prorumpentibus, non confluentibus. Sporidiis compactis e purpureo-atrofuscia, longe pedicellatis.
- \*2915. 11. *P. ZIZANIAE*, L. v. S., in foliis dejectis Zizaniae. Kaign's point prope Philad.  
*P. emaculata*, minuta, primum tecta, demum lineatim prorumpens epidermide in ambitu acervulorum persistente, acervis elongatis, abbreviatis, atris, luce obversis, fusciscentibus. Sporidiis laxis, circum circa saepe sparsis, breviter pedicellatis, tenuibus, et multo minoribus quam in affinis speciebus.
2916. 12. *P. SMILACIS*, L. v. S., Syn. Car. 494, etiam in Pennsylv.
2917. 13. *P. Polygonorum*, Lk. n. 6, Syn. Car. 483, in *P. pennsylvanico*, et *P. virginico* etiam Penn.
- \*2918. 14. *P. CONCENTRICA*, L. v. S., frequentissima sub finem autumnum in foliis semivivis et emortuis *P. coccineae*, Bethl.  
*P. maculis maximis*, confluentibus ruberrimis in pagina superiori, pallidioribus in aversa. Acervulis creberrimis concentricis in his aggregatis, primum subsolidis, nigronitentibus, demum sporidiis solutis minutis fusco-nigris. Verisimiliter est *P. Polygoni amphibii* Decandollei—sed certissime specificis diversa ab antecedente.
- \*2919. 15. *P. BULLATA*, L. v. S., Syn. Car. 501, Lk. n. 8. In Pennsylvania obvia ingens, bi-imo triuncialis, in caulibus praesertim *Vernoniae novaeboracensis*.
- \*2920. 16. *P. Pycnanthemis*, L. v. S., satis affinis *P. Clinopodii*, in *P. incano* frequens, Bethl.  
*P. maculis purpureis* minutis persistentibus. Acervulis parvis, fuscis. Sporidiis laxis longe pedicellatis.
- \*2921. 17. *P. compositarum*, Lk. n. 19, vulgata Bethlehem praesertim in caulibus et foliis Cnicorum aut Cirsiorum (*P. caulicola*) emortuorum.
- \*2922. 18. *P. maculosa*, Straus. Bethl. passim in foliis *Prenanthis* aut *Hieracii*. Omnino distincta a priore maculis latis albis, sporidiis multo pallidioribus.

2923. 19. *P. HELIANTHORUM*, L. v. S., Syn. Car. 495, Lk. p. 74, bene distincta—frequens in variis Helianthis et Pennsylv. maxime evoluta in emortuis foliis. In *H. tuberosa* culta, tota plerumque folia occupat aversa pagina.
2924. 20. *P. HELIOPSIDIS*, L. v. S., Syn. Car. 493, Lk. p. 74, et Pennsylvania—optime distincta.
2925. 21. *P. VERBESINAE*, L. v. S., Syn. Car. 496, Lk. p. 74, nondum in Pennsylvania—bona species.
- \*2926. 22. *P. VERNONIAE*, L. v. S., vulgatissima in Vernoniis Bethl.  
*P. emaculata*: Acervis pulvinatis majusculis et colore sporidiorum amoene ferrugineo differt ab *P. Helianthi*. Occurrit etiam interdum in Helianthis.
2927. 23. *P. XANTHII*, L. v. S., Syn. Car. 500, Lk. n. 23. Etiam frequens in Xanthii foliis in Pennsylvania. Pulchra et e longinquo conspicua. Acervis plerumque concentricis, et in centro maculae aggregatis.
- \*2928. 24. *P. HELENII*, L. v. S., rarior sed egregia in foliis Helenii autumnalis, Bethl.  
*P. maculis flavo-lutescentibus expansis*. Acervis pulvinatis sparsis et invicem approximatis, convexis, primum brunneis, demum eleganter castaneis. Sporidiis satis grossis compactis.
- \*2929. 25. *P. SILPHII*, L. v. S., ex Carolina missa in foliis *S. Trifoliati* ab amico Denke.  
*P. maculis minoribus purpureis*. Acervis crassis pulvinatis, confluentibus, aggregatis, nigris. Sporidiis compactis concoloribus.
- \*2930. 26. *P. ASTERIS*, L. v. S., formosa species frequens in foliis *A. paniculatae* Bethl.  
*P. maculis bullato-impressis, luteis, non valde expansis*. Acervulis creberrimis, subconcentrice sitis, eleganter fuscis. Sporidiis sulaxis concoloribus.
- \*2931. 27. *P. KUHNIAE*, L. v. S., vulgata in foliis Kuhniae, Bethlehem.  
*P. absque ulla macula*. Acervis amphigenis pulvinatis densim aggregatis, nigrofuscis. Sporidiis majusculis laxis, longe pedicellatis. An Phragmidium?
- \*2932. 28. *P. INVESTITA*, L. v. S., frequens observata cum *Aecidio gnaphalatum* in foliis tomentosis *Gnaphalii polycephali*. Bethl. Tomento omnino involuta.  
*P. absque macula; acervulis minutis sparsis subrotundis nigerrimis, vix initio per tomentum conspicuis, interdum etiam aggregato-confluentibus*. Sporidiis compactis, aterrimis. Acervulorum superficie quasi rugulosa.
2933. 29. *P. GALII*, L. v. S., Syn. Car. 499, Lk. p. 76, rara species sed satis distincta—non *Sclerotium*
- \*2934. 30. *P. MYRRHIS*, L. v. S., in foliis et caulibus *Myrrhis procumbentis*. Bethl.  
*P. emaculata*. Acervis crebris minutis, epidermide rupta cinctis, pulvinatim applanatis. Sporidiis laxissimis luteofuscis.
- \*2935. 31. *P. Bullaria*, Lk. n. 32, in caulibus *Hyssopi nepetoidis* rara, Bethl.
- \*2936. 32. *P. anemones*, Lk. n. 33, in foliis *A. quinquefoliae* rarissima obvia, sed distinctissima, Bethl.
2937. 33. *P. SOLIDA*, L. v. S., Syn. Car. 486. *Anem. virginian.*, frequens in foliis *Anemones virginianae* Salem et Bethl.  
*P. emaculata*. Acervis sparsis, majusculis, tam compactis ut solida se exhibeant, nigris. Sporidiis demum subsolutis. Acervi dispersi per totum folium, primum lutescunt et quasi impressi sunt.
2938. 34. *P. circaeae*, Lk. 43, Syn. Car. 491, vulgaris et Bethl.
2939. 35. *P. ACULEATA*, L. v. S., Syn. Car. 489. *P. podophylli*, etiam vulgaris in *Podophyllo*. Ob sporidia aculeata optime distincta.
2940. 36. *P. LESPEDEZAE PROCUMBENTIS*, L. v. S., Syn. Car. 497, Lk. p. 83, species eximia et in Pennsylvania.
2941. 37. *P. LESPEDEZAE VIOLACEAE*, L. v. S., Syn. Car. 498, Lk. p. 83, multo frequentior in *L. violacea* quam *L. polystachia*, etiam *Novae Cesariae*.
- \*2942. 38. *P. PHASEOLI TRILOBI*, L. v. S., in foliis *P. trilobi* ex New York missis. Affinis videtur *P. fabae*.  
*P. acervulis minutis, hypogenis, epidermide subtectis*. Sporidiis nigris, macula nulla.
- \*2943. 39. *P. Fabae*, Lk. n. 45, in foliis *V. fabae*, Nazareth.
- \*2944. 40. *P. HYSSOP*, L. v. S., in foliis *H. scrophulariaefoli*, Bethl. passim.  
*P. maculis lutescentibus effusis*. Acervis aggregatis compactis, fuscis, quasi circinatis et undulatim inter se confluentibus, primum nigrescentibus, parvulis sed copiosim in folio occurrentibus. Sporidiis fuscis, demum laxioribus.

- \*2945. 41. *P. POTENTILLAE*, L. v. S., non *Phragmidium*, Lk. in foliis exsoletis *P. canadensis* aversa pagina, Bethl.  
*P. acervis* minutis. Sporidiis fuscis demum nigris prorumpentibus, brevipedicellatis. Macula fere evanida.
- \*2946. 42. *P. ARI TRIPHYLLI*, L. v. S., in pagina aversa foliorum *A. triphylli*, Bethl.  
*P. maculis* pallidis, latissimis, in margine foliorum. *Acervis* majusculis, saepe confluentibus, primum tectis ab epidermide, mox rupta. Sporidiis brunneofuscis, laxim affixis et Urediniformibus—sed tamen vera *Puccinia*.

## Genus 213. PHRAGMIDIUM.

Memorable dictu, nunquam *Phragmidium* mihi obvium in foliis Rosarum aut Ruborum Americae, sed sequens species vulgatissima ad *Phragmidia* pertinet sine dubio.

2947. 1. *P. HEDYSARI*, L. v. S., Syn. Car. 503, frequens occurrit in foliis *H. paniculati* et aliorum, Bethlehem et Salem.  
*P. acervulis* minutis sed crebris per totum folium sparsis, epidermide innatis. Sporidiis longe pedicellatis, pedicello articulado, pellucido, ceterum opacis, ovatis, obtusis, non cylindricis, obscure septatis, nec articulado-constrictis, fusco-nigris.

## Genus 214. SPILOCAEA.

- \*2948. 1. *S. fructigena* aut *Pomi*, Lk. p. 86, n. 1. Non rara in pomis "Newton Pippin," New York et Bethl.
- \*2949. 2. *S. Scirpi*, Lk. n. 2, in *Scirpo acuto*, Hope, Jersey, et Philadelphia.
2950. 3. *S. CONCENTRICA*, L. v. S., in cortice *Peponum putridorum*, Bethl. Optime aut evoluta mense Octobri prope Philadelphia in talibus.  
*S. maculis* aterrimis fere totam corticem sub epidermide occupans, *acervis* inter se confluentibus, demum epidermide eleganter quasi in pluribus circulis concentricis rumpente-subundulatis, in conspectum veniunt massae nigrae subsiccaae, conglutinatae ex sporidiis pellucidis cylindricis minutis, non septatis. Macula quaeque diametro gaudet subunciali.

## Genus 215. SEPTARIA.

- \*2951. 1. *S. Ulmi*, Lk. p. 87, n. 1, in foliis *Ulmi fulvae* Bethl. *acervis* majusculis compactis, amphigenis. Saepe occurrit, sed rarissime mihi obvia bene evoluta.
- \*2952. 2. *S. Oxyacanthae*, Lk. n. 2, in foliis *Pyri*, Bethlehem.
2953. 3. *S. NIGRICANS*, L. v. S., Lk. p. 83, nota, Syn. Car. 513. *Stilbospora epiphyllum*. Procul dubio huc pertinet. Vulgatissima et Bethl. in foliis castanearum.

Genus 216. HYPODERMIUM, Lk. *Schizoderma*, F. S. V. p. 194.

- \*2954. 1. *H. sparsum*, Lk. p. 88, n. 1, in foliis *Abietis nigrae* in Horto Prince, New York.
- \*2955. 2. *H. sulcigenum*, Lk. n. 2, in foliis *P. inopis*, Jersey.
- \*2956. 3. *H. EFFUSUM*, L. v. S., in foliis *Pini Strobi dejectis*, Bethl.  
*H. acervis* tenuibus effusis, folium plerumque transversim maculantibus, nigrofuscis.

## Genus 217. MELANCONIUM.

2957. 1. *M. ovatum*, Lk. p. 90, n. 1, non rarum cum varietate *pyriforme* in corticibus, Bethlehem et Carol. *Stilbospora ovata*, 509.

- \*2958. 2. *M. apiocarpum*, Lk. n. 2. In ramulis putridis, Bethl.
- \*2959. 3. *M. ovoideum*, Lk. n. 3, in ramis passim, Bethl.
- \*2960. 4. *M. effusum*, Lk. n. 4, in cortice Pruni hiemalis, ibid.
2961. 5. *M. sphaerospermum*, Lk. n. 6, Syn. Car. Stilbosp. 512, etiam in Horto Bartrami, Philad.
2962. 6. *M. sphaeroideum*, Lk. n. 7, Syn. Car., Stilbosp. 510, et Bethlehem in junioribus ramulis.
- \*2963. 7. *M. conglomeratum*, Lk. n. 9, in ramis Mori albae Bethlehem.
- \*2964. 8. *M. viscosum*, L. v. S., in ramulis emortuis Robiniae viscosae frequens et cum illis viscosa, Nazareth in horto.
- M.* acervis sporidiorum proveciori aetate cum epidermide assurgentibus, sphaeriaemorphis, et quasi poro centrali apertis, quamvis expertis illius veri perithecii, sed epidermide solummodo inclusis. Sporidiis cylindrico-ovatis effusis demum per viscositatem ramuli, subpellucidis non septatis.
- \*2965. 9. *M. SASSAFRAS*, L. v. S., in junioribus ramis caesorum arborum Lauri Sassafras, totam epidermidem circumcirca fuligineo-fusco colore tingens, Bethl.
- M.* acervulis globosis, cum epidermide assurgentibus ut tubercula sparsa, demum ruptis, et longe lateque spargentibus sporidia opaca ovata.
- \*2966. 10. *M. GRISEUM*, L. v. S., in ramis et stipitibus Rubi Idaei Hortor., Bethl.
- M.* acervulis minutis, atris, prorumpentibus ex epidermide, demum disco applanato. Sporidiis minutissimis globosis, subpellucidis, colore griseo epidermidem tingentibus, in quam sparguntur denique.
- \*2967. 11. *M. DOTHIDEA*, L. v. S., in variis ramis praesertim Mori, Bethl. Distinctissima.
- M.* acervulis majoribus prorumpentibus, epidermide cinctis, disco aut superficie undulatum tuberculosa—Dothideam Sambuci referentibus, aeternis, compositis sub microscopio ex Sporidiis majusculis, pellucidis non septatis, cylindricis, apice utrinque rotundato, fuliginis.
- \*2968. 12. *M. TRUNCATUM*, L. v. S., in epidermide Sambuci canadensis passim, Bethl.
- M.* acervulis minoribus, sphaeriaemorphis, prorumpentibus ex epidermide, apice truncatis, aeternis, demum subrotundis, effusis. Sporidiis pro ratione majoribus, ovatis et subdifformibus fuscis. Affine *M. conglomerato*. Gregarium quidem, sed non confluens.
- \*2969. 13. *M. PERITHECIATUM*, L. v. S., increscit ipso ligno denudato passim, Bethl.
- M.* referens Sphaerium udam. Ligno impositos acervos, aggregatos efformans; e pseudoperitheciis pluribus conicis aut irregularibus compositi sunt acervuli, quasi acutum interdum ostiolatis, demum pertusis, saepe lineatim confluentibus. Aqua immersa, tota massa diffluit in Sporidia majora globosa aut ovata, nigro-fuscescentia non septata, nec vestigium adest pseudoperithecii.
- Nota.*—Acutissimus Linkius summo jure de nostris fungis in Syn. Car. 506 et 511, sub nomine Stilbosporae maximae, et S. pulvinatae an verae Stilbosporae i. e. Melanconia dubitat. S. maxima videtur verum Exosporium Linkii, et S. pulvinata nil est quam *Monilia fusconigra* hujus libelli. Non rite intellexi olim Genus Stilbosporum.

## Genus 218. DIDYMOSPORIUM.

- \*2970. 1. *D. complanatum*, Lk. p. 93, n. 1, in ramis dejectis passim, Bethl. Eximium in Hyperici frondosi ramis.
- \*2971. 2. *D. elevatum*, Lk. n. 2, in cortice betulino, Salem et Bethl.
- \*2972. 3. *D. PEZIZOIDEUM*, L. v. S., passim occurrit in cortice putrido ramorum Mori albae, gregarie crescens, Bethl. An novum genus?
- D.* Sporidochio pezizoideo, marginato, cinereo-atro; in acervis densim aggregatis, et epidermide stellatim rupta cinctis. Disco 1—2 lineari diametro, impresso. Forma acervulorum cum sporidochio quasi angulata, ob mutuam pressionem. Juniore aetate sporidochium undique sporidiis crebris nigris, uniseptatis onustum. Denique sporidia fere coalescunt cum sporidochio indurato et subcorneo intus, sectione, albedo. Ad pedalem longitudinem aggregati acervi ambiunt ramos. Cum cortice fibroso faciliter evelli possunt.
- \*2973. 4. *D. CELTIS*, L. v. S., in ramis valde corruptis Celtis occidentalis, Bethl.
- D.* sporidochiis subfasciculatim fere ut ostiola Sphaeriarum circumscriptarum et cortice prominentibus, difformibus, nigris. Sporidiis compactis, didymis, utrinque subacutis, fuscescente-nigris creberrime profluentibus, lignum et corticem inquinantibus.

- \*2974. 5. *D. EFFUSUM*, L. v. S., in cortice suberoso putrido Ulmi fulvae, Bethl.  
*D.* Sporidochiis subelongato-ovatis, convexis, sub Hysteriomorphis, interdum rotundatis, disco impressis, nigris, plerumque prorumpentibus ac confluentibus, epidermide cinctis, sed etiam omnino liberis. Sporidiis copiosis pellucidis, didymis profluentibus, lateque effusis.
- \*2975. 6. *D. ERUMPENS*, L. v. S., in ramis Celastris per epidermidem erumpens, Bethl.  
*D.* sporidochiis ovato-ellipticis, erumpentibus epidermide cinctis, disco impresso et passim colliculoso: saepe confluentibus et aterrimis. Sporidiis crebris, oblongis, didymis. Sporidochio 1—2 lineari.
- \*2976. 7. *D. MINUTISSIMUM*, L. v. S., vulgaris in cortice Populi italicae et Platani, Bethl.  
*D.* sporidochiis in acervis minutissimis longe lateque ex epidermide more Sphaeriarum erumpentibus nigris, epidermide subtectis, subglobosis. Sporidiis minutissimis globosis sed uniseptatis aut quasi ex duobus hemisphaeris.
- \*2977. 8. *D. ACUMINATUM*, L. v. S., non rarum in cortice juniore ramorum Betulae, Bethl.  
*D.* sporidochiis in acervis minutis subcorticalibus transversim prorumpentibus. Sporidochio intus albo spurio. Sporidiis didymis crebris utrinque acuminatis. Structura interna non dissimilis *D. elevato*, sed multo minor.
- \*2978. 9. *D. CALYCANTHI*, L. v. S., passim in ramulis Calycanthi emortui, Bethl.  
*D.* acervis elliptico-difformibus, confluentibus, longitudinaliter erumpentibus, epidermide cinctis. Sporidochio irregulari, subconvexo, applanato, fusco-nigro. Sporidiis oblongis, utrinque subacutis, didymis.
- \*2979. 10. *D. CORTICALE*, L. v. S., tenuissime effusum in cortice glabrato Rhois, Bethl.  
*D.* acervulis tenuissimis applanatis, plerumque orbiculatis insuper sporidochiis spuris minutis, tuberculos referentibus. Sporidiis didymis, nigris, quasi ex duobus globulis.  
 N.B. *D. Hedysari*, L. v. S., Syn. Car. 505, nullimodo hujus loci est.

Genus 219. *ASTROSPORIUM*. Kz., S. V. F. p. 192.

2980. 1. *A. vulgare*, Kunz. in Regensb. Bot. Zeit. 1810, p. 225 et Syn. Car. n. 507. Fungum distinctissimum in Carolina repertum, nondum in Pennsylvania observavi.

Genus 220. *STILBOSPORA*.

2981. 1. *S. macrospora*, Lk. p. 95, n. 1, Syn. Car. 508 et Bethl.
- \*2982. 2. *S. angustata*, Lk. n. 2, in cortice ramorum Quercus non frequens, prope Nazareth.
- \*2983. 3. *S. QUADRISEPTATA*, L. v. S., copiosim propullans ex epidermide majorum ramorum et trunci Platani occidentalis caesi nec jam corrupti, Bethl.  
*S.* acervis primum sub epidermide inde varioloso-bullata effusis, sporidochio spurio nigro centrali; demum prorumpentibus et circa circum sub epidermide et in ea spargentibus magnam copiam sporidiorum subconglutinatorum. Sporidiis oblongis, fuliginis, semipellucidis, eleganter quadriseptatis, aut quasi ex quatuor globulis internis conformatis.
- \*2984. 4. *S. MULTISEPTATA*, L. v. S., rara, in ramis querneis obvia, distinctissima, prope Naz.  
*S.* acervis in cortice satis effusis, parum elevatis; sporidochio peritheciato cortice ime ad lignum usque immerso, subsphaeriaemorpho, et quasi evacuato, post effluxum sporidiorum. Sporidiis magnis lineari-subulatis, utrinque incurvis acuminatis, multiseptatis, et lignum aut corticem inquinantibus, ceterum aterrimis subpellucidis.
- \*2985. 5. *S. STAPHYLEAE*, L. v. S., frequens in junioribus ramulis Staphyleae, Bethl.  
*S.* acervis minoribus, rotundatis, nidulantibus sub epidermide elevata; demum rima dehiscente profluunt crebra sporidia, cano-fusca, subpellucida, elongato-elliptica, utrinque subacuta, multiseptata. Acervis ceterum gregarie sparsis, numerosis.

Genus 221. *CRYPTOSPORIUM*.

- \*2986. 1. *C. atrum*, Lk. p. 96, n. 1, passim in culmis graminum, Bethl.



- \*2987. 2. *C. aurantiacum*, Lk. n. 2, in receptaculis Zinniarum in Hortis mihi obvium, Bethl.  
 \*2988. 3. *C. PSEUDOACACIAE*, L. v. S., an hujus generis? In foliis Robiniae, Bethl.  
*C. acervulis 1—2 linearibus, rotundis, parum elevatis nigris, maculam efficientibus, superficie quasi punctulatis. Aque immersum, solvitur in sporidia minutissima fusca. Insuper folium nec sub epidermide crescit.*

## Genus 222. FUSIDIUM.

- \*2989. 1. *F. aureum*, Lk. p. 97, n. 4. Rarum, in Sclerodermate putrido obvium in monte Pocono.  
 \*2990. 2. *F. Buxi*, Lk. n. 3, non infrequens in foliis Buxi, Bethlehem.  
 \*2991. 3. *F. griseum*, Lk. n. 1, non rarum—in foliis aridis Quercuum, Bethl.  
 \*2992. 4. *F. CAESIUM*, L. v. S., satis frequens in emortuis foliis Castanearum, Bethl.  
*F. acervis late effusis tenuibus, caesiis. Sporidiis laxiter affixis, longiusculis, fusiformibus vix septatis.*  
 \*2992. 5. *F. TENUISSIMUM*, L. v. S., occurrit passim in foliis deciduis quercinis, Bethl.  
*F. acervis tenuissimis late effusis, griseis aut cinereis. Sporidiis fusiformibus, cinereis, minutissimis, non septatis, Folia quasi pruina tenuissima afflata sese ostendunt.*  
 \*2993. 6. *F. EPIDERMIDIS*, L. v. S., rarius in epidermide glabro ramorum, Bethl.  
*F. acervis majusculis, subdeterminatim orbiculatis, confluentibus, candido-lacteis, demum pallescentibus. Sporidiis compactis fusiformibus.*  
 \*2994. 7. *F. FARINA*, L. v. S., late effusum in epidermide non corrupta, Salem.  
*F. acervis longe lateque effusis, candidissimis, indeterminatis, crassiusculis, farinam densam instratam mentientibus. Sporidiis subcompactis, fusiformibus, septatis, uno apice sensim incrassatis.*  
 \*2995. 8. *F. FUMAGO*, L. v. S., late effusum in foliis vigentibus Ribidis, Nazareth.  
*F. acervis effusis, aterimis, omnino Cladosporium Fumago revocantibus. Sed lente adhibita, compositi sunt, ex innumeris nudis atris pellucidis sporidiis, brevibus fusiformibus curvatis, obscure septatis, utrinque interdum subacutis, interdum obtusatis,*

## Genus 223. CERATOSPORIUM. L. V. S. Novum Genus.

- Sporidia majuscula ( $\frac{1}{4}$  lin.) clavata, pluribus basi coalitis, quasi cornu damae assurgentia, fusca, splendentia sicca opaca, madida subpellucida, multiseptata, aut plura granula quasi in sporangio pellucido inclusa exhibentia.
- \*2996. 1. *C. FUSCESCENS*, L. v. S., in epidermide corrupta Rhois typhinae et glabrae et insuper Sphaerias ejusdem fasciculatim crescit, Bethl.  
*C. longe lateque effusum. Sporidiis basi coalitis, interdum quasi ex horizontali trunco, clavatis, saepe flexuosis, apice subattenuatis.*

## Genus 224. MYXOSPORIUM.

2997. 1. *M. croceum*, Lk. p. 99, Syn. Car. 293, sub nomine Nemaspora crocea. Vulgatum etiam Bethl. in ramis, Fagineis, Betulinis, &c.

## Genus 225. CLASTERISPORIUM. L. V. S., Novum Genus.

- Sporidiis maximis, simplicibus, falciformibus, brevi-pedicellatis, teretibus, multiseptatis, aut quasi in sporangio pellucido plura granula complectentibus; primum opacis, demum pellucidis, atrofusis cum nitore. Quasi Coryneum non conjunctum.
- \*2998. 1. *C. CARICINUM*, L. v. S., valde frequens autumno in foliis majorum Caricum, v. c. C. lacustri, &c. Bethlehem.

C. acervis minoribus ac majoribus, effusis, saepe ad bi vel triuncialem longitudinem confluentibus occupat folia, omnino ceterum libere impositis nec ullimodo innatis, nigrofuscis. Sporidiis tam maximis, ut nudo oculo distinguuntur sibi indeterminatim incumbentibus ingenti copia. Pedicello pellucido. Apice sporidiorum obtuso.

## Series II. TUBERCULARINI.

## Genus 226. TUBERCULARIA.

2999. 1. *T. vulgaris*, Lk. p. 99, n. 1, Syn. Car. 295, ubique.
- \*3000. 2. *T. lutescens*, Lk. n. 2, in ramis Araliae, Bethl.
3001. 3. *T. minor*, Lk. n. 3, frequens in Castaneis, Syn. Car. 298, etiam Bethl.
- \*3002. 4. *T. mutabilis*, Lk. n. 4, in Mori ramulis, Bethl.
3003. 5. *T. granulata*, Lk. 5, Syn. Car. 296, frequens et Bethl.
3004. 6. *T. DUBIA*, L. v. S., Syn. Car. *nigrescens* 301, Lk. n. 7, non rara in variis ramis et Bethlehem. Colore atro bene distincta. Sporidia aquae immersa diffuunt ut in ceteris.
- \*3005. 7. *T. floccosa*, Lk. 8, in Rhois typhinae ram., Bethl.
- \*3006. 8. *T. nigricans*, Lk. 9, in lignis emortuis Litz.
- \*3007. 9. *T. ciliata*, Lk. 10, (non Syn. Car. 300) in ligno carioso et in ramulis Vitis, Bethlehem.
- \*3008. 10. *T. liceoides*, Lk. n. 11, in duro caule Brassicae, Bethlehem.
- \*3009. 11. *T. herbarum*, Lk. n. 12, in caulibus emortuis Artemisiae emortuae, Bethl.
- \*3010. 12. *T. menispermi*, Lk. n. 13, in ramis Menispermi et aliorum sarmentosorum Fruticum, Bethl.
- \*3011. 13. *T. carmentorum*, Lk. p. 104, in Zea Bethl. Stratum sporidiorum vidi—et sine dubio est hujus loci.
- \*3012. 14. *T. pusilla*, Fries. et Kunze, minutissima, in junioribus ramulis tenerrimis, Bethl.
- \*3013. 15. *T. PEZIZOIDEA*, L. v. S., amicissimus Dr Torrey ex New York misit speciem valde mirabilem—in ramis populinis?  
*T.* Sporidochiis, fasciculatim confluentibus, maximis, pezizoideis, undulato-plicatis, ex epidermide prorumpentibus et ad uncialem longitudinem irregulariter confluentibus, pede crasso suffultis, substantia indurato-cornea, strato sporidifero compacto incarnato purpureo, subnitente, sed superficie subpruinosa. Intus albescunt et aetate subpulverulenta evadunt sporidochia. Talis cupula non confluens diametrum plus quam bilinearem habet et Pezizam margine obtuso, undulato plicato disco refert.
- \*3014. 16. *T. SUBPEDICELLATA*, L. v. S., in ramis emortuis Lycii horticorum obvia, Bethl.  
*T.* Sporidochiis, minutis pallide lateritiis, longiuscule pedicellatis, epidermide circum pedicellum elevato, capitulo aequali ex epidermide protuberante globoso. Pedicello quasi linea rubra a capitulo separato. Strato sporidifero, ruguloso.
- \*3015. 17. *T. CELASTRI*, passim copiosum propullans ex ramis et sarmentis Celastri, Bethlehem.  
*T.* Sporidochiis majusculis regularibus, subrotundo-turbinatis, breviter pedicellatis. Strato sporidifero primum fusco, mox atro, intus rubescente. Pedicellis cortici interiori adnatis, arctim ab epidermide cinctis, cinereis. Capitulo impresso, applanato, rugoso, tuberculoso cum strato sporidifero coalito, quod ubi pedicellum intus demum pulveraceo-fatiscentem attinget, linea nigra circumscriptum.
- \*3016. 18. *T. DIFFORMIS*, L. v. S., in spinis Crataegi cujusdam in Horto Botanico, Philad.  
*T.* Sporidochiis prorumpentibus, difformibus, aggregatis et confluentibus, fusconigris, rugosis, Strato sporidifero crassiusculo concolore. Sporidochiis minoribus, intus fusco-ferrugineis.
- \*3017. 19. *T. RADICALIS*, L. v. S., in efossis radicibus arborum—magna copia, Bethl.  
*T.* Sporidochiis multiformibus, majusculis, prorumpentibus ex epidermide radicum, difformibus nempe et rotundatis, granuloso-tuberculosis, 2—3 lineari diametro, applanato-depressis et tortis. Strato sporidifero rubro fusciscente, demum nigricante, intus albido. Basi saepe floccosa. Adsunt sporidochia alia minor, in ipso ligno, convexa nigra et longitudinaliter confluentia.

- \*3018. 20. *T. FATISCENS*, L. v. S., in tenera epidermide ramorum dejectorum, Bethl.  
*T. Sporidochiis minutis, pulvinatis, sessilibus, incarnatis demum exalbescentibus, et fere omnino in pulverem fatiscens, intus fuscis et subconfluentibus. Strato sporidifero magis colorato, crassiusculo.*
- \*3019. 21. *T. CALYCANTHI*, L. v. S., vulgatissima in ramis Calycanthi in hortis Bethl., satis affinis *T. vulgari*.  
*T. sporidochiis regularibus, globosis, rubris, magnitudine T. vulgaris, suffultis pedicellis nigrescentibus subcupularibus. Strato sporidifero ut in T. vulgari.*
- \*3020. 22. *T. SUBDIAPHANA*, L. v. S., rarior in putridis stipitibus Vitis, Bethl.  
*T. Sporidochiis subrotundis, globosisve, primum pallide rubris, subdiaphanis; demum nigricantibus aut fusciscentibus. Strato sporidifero satis crasso. Basi strigoso-floccosa. Aetate demum fatiscit.*

## Genus 227. FUSARIUM.

- \*3021. 1. *F. pallens*, Lk. p. 105, n. 1, var. *pulvinatum*, in cortice ex New York communicavit Dr Torrey.
- \*3022. 2. *F. roseum*, Lk. n. 2, in caudicibus Araliae spinosae, Bethlehem in hortis cultae.
3023. 3. *F. ciliatum*, Lk. n. 3, Syn. Car. 300. Tubercularia et Bethlehem obvia in Cucurbitis putridis; etiam in germine Rosae putrido.
- \*3024. 4. *F. stilbaster*, Lk. n. 4. Rarissimum in radiculis mihi obvium, Bethl. Optima species.
- \*3025. 5. *F. oxysporum*, Lk. n. 5. Vulgare in effoetis leguminibus Phaseoli, Bethl.
- \*3026. 6. *F. lateritium*, Lk. n. 6, in truncis et ramis, Bethl.
3027. 7. *F. heterosporum*, Lk. n. 7, Syn. Car. 321. *Sclerotium Paspali*. Frequens etiam Pennsylvania in seminibus immaturis Paspalorum.
- \*3028. 8. *F. PYRINUM*, L. v. S., in Germania aequae ac Pennsylvania rarius repertum in putridis Malis per hiemem in arbore expositis.  
*F. Sporidochio expanso coccineo, sicco quasi vernicoso, satis crasso—aqua adhibita diffuente in sporidia minutissima fusiformia.*
- \*3029. 9. *F. EFFUSUM*, L. v. S., in ramulis emortuis Hyperici frondosi Hortis, Bethl.  
*F. Sporidochio subgelatinoso, latissime effuso, tenuissimo Thelephoram referente, pallidorubente. Sporidiis densissimis fusiformibus ac cylindricis pellucidis.*
- \*3030. 10. *F. INSEPTATUM*, L. v. S., in cortice Daphnidis Mezerei emortui, Hort. Bethl.  
*F. Sporidochio verrucoso, expanso, praesertim transversim sito, lutescenti-rubro, rotundato, margine sublibero. Sporidiis fusiformibus inseptatis pellucidis.*
- \*3031. 11. *F. COCCINEUM*, L. v. S., in cortice castaneo passim observatum, Nazareth.  
